НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

ANNO DOMINI 1576.

STATVTA CIVITATIS GALLESII

IMPRESSVM GALLESII

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. МЕЧНИКОВА



155.
1171.

Ex Vita Beati Famiani Civitatis Gallesii Patroni.

Beatus Famianus ex Germania Nobilissima prouincia, & Colonia inclita Ciuitate oriundus: qui Quuardus proprio nomine vocabatur, altę fuit staturę, formosus, virtutibus omnibus, & beatitudine decoratus: Magnificis Natalibus cuius pater Gotthiscalchus, & Giumera Mater nuncupabantur, nobilitate precipua, & diuitiis vndique affluentes. Quas

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І. І. МЕЧНИКОВА

idem Beatus caducas esse cõspiciens, easdem cæteraq; mundana omnia deserere, & sacras adire delitias, mente disposuit, incomutabiles, & perpetuo duraturas fore dinoscens. Qua propter floridam eius iuuentutẽ mundanis vestibus spoliauit, & clericali habitu indutus honesto: Pallioniſq; Christi signo victrici in pectore assidue deferendo, in illius amore fulgebat, & in deuotione charitatis perfectæ persistens erga Christi pauperes manus pias proferendo, legem Dei in omnibus obseruabat.

VOLENS Namq; Beatus FAMIANVS antedictus, viam ingredi salutarem, per quam arctam, & angustam ad Atria tenditur Saluatoris, Parentibus, Patria, diuitiis, & mundanis illecebris derelictis; ad Vrbem Romam Beatorumq; Petri, & Pauli Apostolorum Principum Basilicas visitandas pium iter arripuit, & gressus direxit Salutares. Quo in itinere preces assiduas pro sui omniumq; salute ad Dominum deferebat, & locorum quorumcunq; Ecclesias, & alia pia loca visere omnimode conabatur. Suumq; Corpus in quo spiritus domini assidue permanebat, laboribus, ieiuniis, verberibus pro sua salubri pœnitentia macerabat.

SEXTO autẽ kalẽdas Septembris dierum illorum, cum ad Vrbem Romam, & limina Apostolorum Petri, & Pauli præfatorum, Beatus sanctus applicuisset, Beatissimæ Virginis, Apostolorumq; prædictorum, ædes venerandas etiam atq; etiam visitabat, ac orationibus, & ieiunijs insistendo. Eandẽ Dei genitricem, & Apostolos sanctos apud Deũ, & Patrẽ in sui precipuos, & speciales patronos parauit, ac etiam alia pia Vrbis loca ad illa interim accedendo venerari non desistebat, in qua Vrbis, & aliorum postmodum Italiæ locorum peregrinatione, annis sex cõsumatis, sequenti anno Galitiam ob nimiam in diuum Iacobum deuotionẽ ardenti desiderio permigrauit. Et apud Monasterium sancti Antonij sub magisterio, & disciplina, Antonij Abbatis, per annos tres continuos conuersatus est, de cuius venerandi Abbatis licentia, ad corpus sancti Iacobi venerandum (pro vt uouerat) accessit; Vbi postquam aliquan diu maxima cum deuotione permansisset, inde in siluam quandã iuxta flumen Minon in Ecclesiis sancti Pladi, & sanctorum Cosme, & Damiani annis viginti quinq; Deo fideliter sponteq, deseruiuit. Et deinde in Ecclesia sancti Laurentij Cistercientium Religionem, tunc maxime Diui Bernardi aliquot ante annis vita defuncti sanctitate Florẽtem, Abbate, & monacis omnibus assentientibus mire professus est, ibiq; per annos duos maxima sanctitate regulariter uixit, de cuius postmodum superioris sui licentia, & permissione, Hierusalem sanctam, & Sepulcrum Domini gloriosum, humiliter uisitauit, & annis tribus in sanctorum locorum peregrinatione consumptis, ab omnibus semper charitatiue, & benigne receptus, humaniter extitit pertractatus. Cum autem finis vitæ sancti viri huius, & terminus in domino quiescendi appropinquaret, ex prefatis sanctis locis digrediens, protracta peregrinatione, in annos fermè quadraginta duos iam corpore ingrauescens Eugenio tertio sedente quieturus, Romam iterum reuersus est vbi a Diuis Petro, & Paulo in somnis monitus, ut Gallesinam peteret Ciuitatem; Quã Deus omipotens, per ipsum visitare dignabatur, ibiq, onerosam carnis sarcinam deponendam, & Deo spiritum reddendum fore predixerunt. Nec abnuit sanctus Christi sacerdos FAMIANVS, sed statim dicto obaudiens arreptoq, itinere breui, Agrum attigit Gallesanum, & in Topho quodam ex itinere fatigatus sedendo (cum siti laboraret) saxo illo uiatorio suo baculo percusso, aqua optimi saporis illico emanasse uisa est, perennem efficiens fontem. Et ob id gratiis Deo actis Ecclesias Gallesani Agri statim uir sanctus uisitare adortus est, orando continuè pro dictæ Ciuitatis pace, & salute, ad quam tanquam Patronum ex dictorum Apostolorum reuelatione, se destinatum fore percipiebat. Et tandẽ ab Ascaro quodã nomine indigena, & nobili viro exceptus hospitio. Quinto decimo à sui aduẽtus die infirmari cepit, & cum sui corporis dissolutio, iam, iam instaret, Blasiũ Gallesanę Ecclesię Archipręsbiterũ accersiri fecit, cui post multa, mortẽ suã octauo ab ilhinc die futurã esse, prædixit, & à Deo cõfortatus, è lectulo exiliens, manuq, Archipresbiteri apprehensa locum sibi iuxta aquam in quo eius corpus sepelliri desiderabat, (erat enim domus Ascari hospitis in menibus Ciuitatis sita) è specula digito demostrauit, quẽ locũ parũ conueniens, Archipręsbitero memorato pro tanti uiri sepultura cum uideretur, homini sancto respondidit, satius videlicet esse, ut in Dei Genetricis Mariæ templo, intra Ciuitatem posito, quàm hortulo in illo, vbi nec Ecclesia, nec Ecclesiæ locus esset honorifice cõderetur; sed in proposito persistens, cognito ab Archipresbitero hortulum, & locum illum dicti Ascari hospitis esse, statim ab illo & coniuge eius honoranda prefatum locum ad ipsum sepelliendum (prout petiit) impetrauit. Octauo autem die Archipresbitero, & sacerdotibus omnibus dictæ Ciuitatis ad eum accedentibus iussit humiliter, ut eius corpus post obitum custodire dignarẽtur, nam Dei magnalia uisuri essent, nec multo post Ascharus supradictus qui tunc, & diu iam renum doloribus laborauerat, se ad lectulum sancti viri per famulos asportari fecit, & illius deuote manus deosculatus, ab illo quo detinebatur morbo continuo liberatus, summas Deo Optimo, & beato FAMIANO gratias egit. Quo facto, sanctus vir, in Cælum suspiciens, Clero astante, & orante, Christo tradidit spiritum, Sexto Idus Augusti Anno à Natali Domini, Millesimo, centesimo, quinquagesimo, suæ autem ætatis sexagesimo, ex quibus in sancta peregrinatione quadraginta duos ferè consumpsit, prout ex pagellis quibusdã Bre-

HAYKOBY BIBLIOTEKA OHY imeni V. MELNYKOBA

uiario ann exis, & manu eiusdem sancti inscriptis compertum est, quem librum penes se moriens tenebat; ad cuius corpus uisendum, pariter, & uenerandum, factus est Gallesini populi concursus non modicus, sicq, Clero, & populo Salmis, & Hijmnis ecclesiastico ritu summa deuotione decantantibus, Beatũ corpus ad locũ prope, & extra ciuitatẽ, iuxta aquas honorifice deportauerũt, & à mane usq, ad uesperas Beatũ corpus custodiẽtes mirũ (quòd Deus meritis Beatissimi uiri operatus est) accidit. Nã surdi duo de Ciuitate p̃dicta, ad beatũ corpus accedentes, auditũ illico receperũt; multiq, alii male habentes, sanitati sunt restituti. Beatũ deinde corp⁹ Clerus, & popul⁹ oĩs pie, ac deuote sepellierũt. Nec multi interfuere dies, quòd cũ quidã de Ciuitate p̃dicta (qui male à Demonio uexabatur) ad illius sepulchrũ fuisset adductus liberari meruerit, Mulierula itidem Domini de Verchiano castello Ancilla, que diu ceca fuerat, ad eundem locum adueniens oculorum lumina recuperauit. Multiq, alii de eadem Ciuitate Gallesij, uariis detempti languoribus Deo per preces, & merita sancti FAMIANI commendantes, & iuxta eiusdẽ tumulum orantes, curati sunt. Cuius viri sanctitas, & miraculorum fama, oppida, ciuitates, & proximoires prouincias breui peruagauit ac crebuit, ita ut virorum, mulierum, Puerorumq, pẹnè infinita multitudo dicti sancti deuotione affecti Gallesium accedere properarent. Qua propter ab Adriano quarto pontifice Anno ab eiusdem Domini salutifero Natali Millesimo centesimo quinquagesimo quarto, mutato sibi. Quuardo nomine, ob miraculorũ famã, latina nuncupatione FAMIANVS dictus, & in Diuorum numerum relatus fuit. Et extra oppidum circa ipsius tumulũ sacra illi & insignis ædes, à Gallesino Populo extructa fuit. Quæ postea Munaldi Episcopi largitione cõprobante id Nicolao quarto Pontifice Anno à Christo Nato Millesimo ducentesimo octuagesimo quinto Deiparẹ Virginis quæ intra Ciuitatẽ est ædi connexa, Archipræsbiteri, & Canonicorum ipsius interioris Virginis ædis cura regitur, Ingenti cum munere Iulii Papæ secundi, Qui ipsum FAMIANI templum octauo mensis Augusti (Quo die fẹstum in illius memoriam magno hominum concursu celebratur) pie uisitantibus delictorum omnium ueniam, nec non Archipresbitero, & Canonicis amplissimam quẹcunq, delicta condonandi facultatem concessit, prout in literis sub datum Romæ apud sanctum Petrum. Anno incarnationis Dominice Millesimo Quingentesimo Vndecimo. Decimo Klendas Augusti Pontificatus sui anno octauo. Cuius quidem sancti FAMIANI meritis, & intercessione, Deus Omnipotens Ciuitatem hanc Gallesanam, & populum eius ab Hostibns protegere, pacem & concordiam elargiri, mentis & corporis sanitatem concedere (prout hactenus fecit) de cetero non dedignetur. Qui est benedictus in secula seculorum, Amen.

STATVTA CIVITATIS GALLESII NVPER REFORMATA, ac recognita, & ab Illustriss. & Reuerendiss. Dño Principe Nostro confirmata, & approbata.

QVAECVNQVE mortales agunt, tractant, ac molliuntur nisi Iustitiæ pareant, obtemperent æquitati, iusq, bonumq; seruent, fluxa atq, imbeccilla fore ambigere neminem decet, Deus enim opt. max. qui lex est sanctissima, hanc molem, hãc conditurus vniuersitatem, atq, (vt sic dixerim) plasmaturas, legẽ certa cuncta cõiunxit, Vnde meritò discordium rerum concordia, hoc totum quod cernimus, quoq, fruimur, constare credendum est, nec ab erasse Empododem Agrigentinum qui Sphærum (sic enim meliorem mundũ appellabat) cõcordia dicebat perfici, deleri obruiq, discordia, Vnde rationibus subductis, ex summa confici potest, legem concordiam esse, quæ amoris vinculo cuncta complectens, ab ipso profecta numine, homines hominibus Charitate, fide, beneuolentia conciliat seruatq, sanctam hominum inter homines societatem, efficitq, vt violetur omnino nemo, nemo pẹniuus offendatur, sed hæ leges quas à Deo diximus ortas immotæ atq, sempiternæ, mouentur tamen raro neq; facile quas sibi gentes vniuerse cõdiderunt, Ciuitatum Iura & temporibus quæ vertuntur crebro, & occasionibus seruientia commutantur fræquentius, neq, eundem seruant, statutũ, eandem retinent consuetudinem, quò fit vt Ciuitates bene moratæ, in hoc vnum maximè incumbant, ne perpetuis addictæ legibus seditionibus exagitentur, quam rem si Athenienses, si meditati Lacedemonij forent, non primum seditionibus, non sæua de inde Tyrannorũ rabie exaggitati fuissent, ac deniq, corruissent, plurimum igitur, plurimum inquam Numini debetis Gallesani Ciues qui vos expialos ante omnia Sanctissimo Iubileo, ad leges impulit vel restaurandas, vel reficiendas. Est enim Iubileum donum altissimum Dei, atq, maximum, nostræ salutis ergo ab ecclesia, & repertum & concessum, & sancto Illustrante spiritu, populo christiano tributum: Quod cum hic Annus Millesimus Quingentesimus septuagesimus Quintus retulisset, primum animos (quemadmodum dicere ceperam) Expiastis, post seruandæ concordiæ Ciuitati sanandæ, si quid esset quod egerit medicinæ operam impendistis, decreto igitur Populi, referentibus clarissimis Magistratibus, atq, fortissimis viris DD. Cæsare Buttio, Saluato Roscioli, Bartholomeo de Iorijs, & Leonardo de Nardonibus quos Priores dicitis, ac D. Alexandro Lanni Confalonerio, & Romulo Vellio Sindico, dictos legum latores, quos estis tanto munere dignissimos arbitrati, DD. Achillẽ de ser Iannis, Laurentium Saluati, Petrum Paparotium, Franciscum Pira-

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

ni,& Andream Pandulphi delegistis,cõstituistis,renunciastis,pronuntiãte
silicet decretum, legesq, postea iuraq, scribente municipalia, atq, monu-
mentis immortalitatis mandante, viro strænuo præclaro, fideq, atq, amo-
re in patriam singulari Domino Paulo Polito Scriba publico nuncioq, à
secretis, qui Cancellarius fertur. Gaudete igitur hoc tanto diuino munere,
& quam Deo opt. max. referre non potestis gratiam habete, cum preser-
tim accedat Madructius Christophorus, & presul, & princeps clarissimus,
amplissimus, ornatissimus, qui cum suis virtutibus, cum maiorum prestan-
tia, claritate, nobilitate, nostra secula illustrare videtur, qui vos omnes pa-
terno amore prosequitur, qui quod maxime Regium est, Populum vniuer
sum. Vt pastor gregem, & fouet, & nutrit, & pascit, Vir ergo tantus omni-
bus claritatis splẽdoris dignitatis numeris ornatus atq, absolutus, legibus
factus est author, & clementia sibi à Natura tradita singulari, & vestris ad-
ductus præcibus, qui veriti ne (iuxta sententiam Anacharsis) temeritas ho-
minum atq, insolẽtia legibus obuiam iret, easq, pessundaret atq, peruerte
ret, quæ salutis communis gratia sunt institutæ neue telis comparatenur
Aranearum quemadmodum Anacharsis idem Solonem monuisse traditur
censuistis Principis optimi authoritate, præsidio, scutoq, muniendas. Sed
iam bonis omnibus & linguis & animis fauete, adeste, legitime viuite, in
legibus, Deum veneramini quæ iam hinc auspicatissimum summet exor-
dium &c.

Exasticon.

Alme Pater superum rerum cui summa potestas,
Legibus his numeros redde benigne suos,
Auspice te Princeps æternum viuat in Æuum
Sentiat & Populus iura paterna diu,
Publica fœlici pergant lætissima cursu
Et regat Imperio fasq, fideq, locum &c.

LIBER PRIMVS CIVILIVM DE DIE DOMINICO & alijs Festiuitatibus obseruandis. Cap. 1.

IN Primis cum scriptũ sit quod septimo die requieuit Deus optimus Max. ab omni opere quod patrarat, & apud gẽtiles. In primis venerare Deos. Iccirco statuimꝰ, & ordinamꝰ quod in die Dominico, & alijs festiuitatibꝰ infrascriptis Nullus de ciuitate nostra Gallesij vel forensis sit cuiuscũq, conditionis existẽs in dicta ciuitate, possit, nec valeat conducere, seu conduci facere, ad aliquem locum territorij dictæ nostræ Ciuitatis aliquam rẽ ad vendendum, vel alio titulo trasferendum in aliquam personam, per quã seu qua, mediante mercatum, seu forum, vel quoquo modo speties fori in duceretur, aut colligi posset, nec etiam pro suo vsu sub pœna quinq, iuliorum, quolibet dictorum casuum, & vice qualibet. Item quod omnes artifices exercentes aliquam artem, vel ministerium aliquod cuiuscunq, conditionis, & qualitatis existant, tenere debeãt in dicto die Dominico, & aliis festis infrascriptis, apotecas eorum clausas quas dicto die aperire non debeãt, nec emere vel vẽdere rem aliquam pertinentem ad eorum artem, sub iam dicta pœna, nisi fuerint res comestibiles, post diuinorum officiorum celebrationem, Adentes tamen, quod in dictis diebus liceat aromatarijs, & Marescalchis dictæ nostræ ciuitatis tenere ostium suarum apotecarum apertum, vt possint de eorum ministerio, petentibus, & requirentibus, respodere, & subuenire, & quod à prædictis etiam sint excepti, Macellarij & Tabernarij ac alij vendentes, seu portare volentes cum personis, seu eorum bestijs herbã pro bestijs, seu animalibus suis, & alij conducentes, seu asportantes aquam ex fonte intus ciuitatem, pro eorum vsu. Item quod in dictis diebus aliquis non possit vel debeat, aliqua alia opera seruilia facere, vel exercere, per se vel per alium, sub iam dicta pena, applicanda vt infra dicta vero festa seruanda sunt hec videlicet.

Dies Natiuitatis Domini nostri Iesu christi, cum tribus sequentibus. Festum circuncisionis Domini. Festum Ephisaniæ Domini. Festũ Annunciationis Mariæ virginis. Festum Pascatis resurrectionis Domini nostri Iesu christi, cum duobus diebus sequentibus. Festum Ascensionis domini. Festum Pascatis Pentecostes cum duobus diebus sequentibus. Festum Corporis Christi. Festum Assumptionis diuæ Mariæ. Festum Natiuitatis Virginis. festum Purificationis eiusdem virginis. festum omnium sanctorum. festũ Beati Famiani Aduocati nostræ ciuitatis Gallesij. festum sancti Sebastiani martiris. festum consacrationis Ecclesiæ sancti Sebastiani vltima Aprilis. festum sancti Pastoris. festum sancti

Chretaliani. festum sancti Francisci. festum sancti secundi martiris. fastum sanctæ Iustæ. Item omnia alia & singula festa omnium, & singulorum Apostolorum Euangelistarum, martirum à sacro sancta Romana Ecclesia commendatorum.

De officio Potestatis, & eius authoritate. Cap: 2.

QVoniã parũ esset iura condere, nisi essent qui illa exequerentur, hac de causa statuimus, & ordinam⁹ quod Potestas dictæ nostræ ciuitatis Gallesij sit & esse debeat vtr. iur. doct. & debeat personaliter, & non per substitutum exercere officium suæ preturæ qui teneatur in principio sui aduentus, secum ducere vnum Notarium forensem ad scribendum acta ciuilia, chriminalia damnorum datorum, ac omnia alia spectantia ad bancum iuris. Et alium de familia, qui continuato tempore, debeat peragrari & inquirere per totum territorium Gallesij cum deputato sibi custode, ac officium extraordinarij in dicta nostra ciuitate exercere, & si dictus Potestas in predictis defecerit, & absq, dictis Notario, & extraordinario, ad officium peruenerit, nullo modo ad dictum preturæ officium admittatur per DD. Priores pro tempore existentes, sub pęna pro quolibet dictorum Dominorum Priorum vnius scuti in eorum sindicato auferendi, & soluendi. Et volumus quod ipse Potestas, et eius Notarij non possint abesse ab officio nec à ciuitate prædicta discedere, absq, licẽtia Dominorum Priorum sub pœna quolibet die, & eorum quolibet vnius scuti, applicandi cameræ cõmonitatis Gallesij, & si interim dicto suo officio durante, Potestas nõ continuauerit dictos eius officieles retinere, incidat in penã die quolibet, & pro quolibet officiale quinq, iuliorum sibi retinendorum in fine cuiuslibet mẽsis de eius prouisione. Et si DD. Priores pro tempore existẽtes neglexerint talia exequi facere soluant dictam pœnam de suo proprio in eorum sindicatu, absq, aliqua diminutione, & gratia. Item volumus quod Potestas teneantur eius risico, periculo, & fortuna, absq, mercede, diligenter custodire facere carceratos peruenientes ad eius manus, & idem Potestas, teneatur in fine sui officij, cum suis officialibus stare ad sindicatum per dies sex continuos, coram sindicis eligendis (vt infra dicetur) data prius per ipsum fideiubsione de stando ad sindicatum, pro se & dictis officialibus suis, & de soluendo iudicatum, & Potestas teneatur de suo pro ipsius officialibus, & in die ingressu suæ preturæ Ecclesiam diuæ Mariæ petat, vna cum DD. Prioribus, missam spiritus sancti audiat, & ea audita, ad Palatium reuertatur, & ibidem solemniter iurare debeat pro vt infra, & nihilominus, debeat cum tota dicta eius familia continue habitare in palatio solitæ residentiæ sibi à

DD. Prioribus assignato, & non alibi, sub pena amissionis suæ prouisionis, & salarij, & eidem cretinẽde mense quolibet, & de eius prouisione per DD. Priores.

De Iuramento Domini Potestatis. Cap: 3.

EGO. N. Potestas Ciuitatis Gallesij promicto, & iuro, ad sancta Dei Euãglia fideliter, & iuste (manu tactis scripturis) esse fidelis Illustrissimo, & Reuerendissimo D. Dño Christophoro Madructio, Principi, & Cardinali Tridentino, totiq, Illustrissime Domui Madructie, eiusq, successoribus, & aliquid non machinari quod sit contra personas, & statum prefatorum Illustrissimorum DD. & aliorum descendentium. Et si sciuero aliquid attentatum, & machinatum, contra prædicta, vel aliquod prædictorum, statim præfato Illustrissimo Dño propalabo. Et manutenere, cõseruare, & gubernare iuxta posse meum, omnia Iura Ecclesiæ, Episcopatus, & aliarum Ecclesiarum, viduarum, Pupillorum, Orfanorum, & aliarum miserabilium personarum, & locorum Piorum eiusdem ciuitatis. Iuro etiam manutenere, & conseruare pro uiribus à Deo mihi prestitis, omnia, & singula iura, iurisdictiones, franchigias, priuilegia, & immunitates, dictæ ciuitatis, & ad homines eiusdem pertinentia, nec non & omnes, & singulas personas, tam mares quam fœminas, tam magnas, quam paruas, res & bona ipsarum bona fide, sineq; fraude adiuuare, & defensare, & manutenere, obseruabo, & manutenebo etiam omnia, & singula quæ in hoc statuto scripta sunt, de capitulo in capitulũ, & de verbo ad verbũ, tẽpore meę p̃turæ, omnesq; processus in libro precessorum meorum non finitos, & per me faciẽdos, & inchoandos infra quatraginta dies, per sententiam condemnatoriam, vel absolutoriam fine debito terminare, & omnes res debitas executioni mandare, & omnia alia, & singula quæ iustum decet Prætorẽ facere, remotis à me, odio amore, timore, prece, precio, personarũ acceptionẽ, & omni circunspecta fraude, & malitia; Et ita me Deus opt. max. adiuuet, & p̃sentia sancta Dei Euangelia, quæ ambabus manibus tango.

De Archibusio consignando per Potestatem cap. 4.

ITem volumus quod Potestas dictæ nostræ ciuitatis, teneatur, & debeat in fine cuiuslibet semestris dicti suis regiminis dimictere, seu dimicti facere, in manibus Sindici communitatis nostræ vnum Archibusium bonum, & sufficientem, cum suis finimentis, valoris iuliorum quindecim; & si Potestas dictum archibusium relinquere neglexerit, non possit, nec debeat absolui in suo siindicatu à nostris sindicatoribus, qui si contrafecerint, de suo re-

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. МЕЧНИКОВА

ſarcire,& emere teneantur,& nihilominus dicto Poteſtati de ſuo ſalario duplum retineatur, ac etiam ſi precium dicti archibuſij in pecunia numerata ſoluere attemptauerit.

De iuramento Notariorum Poteſtatis. cap. 5.

NOS .N. Notarius,& Executor curiæ ciuitatis Galleſij, promittimus, & iuramus ad ſancta Dei Euangelia manu tactis, ſcripturis, noſtrum officium bene,fideliter,& ſine fraude exercere,remotis amore,timore,prece,precio,& contra formam preſentium ſtatutorum non facere, nec venere in toto nec in parte,& omnia acta proceſſus,accuſas,inquiſitiones,&res omnes pertinentes ad noſtrum officium,fideliter notare,abſq; aliquo frodo,capitula præſentis ſtatuti obſeruare,lucrum illicitum,vel furtum,aut ſimoniam ſeu aliquam extorſionem non facere, nec emolumẽtum aliquod ab aliqua perſona percipere,niſi illud quod fuerit nobis rationabiliter à ſtatutis conceſſum; Nec non ſtare ad ſindicatum de omnibus,& quibuſcunque per nos geſtis,iudicatumq; ſoluere,& ita Deus nos adiuuet.

De obſeruantia Statutorum. Cap. 6.

STatuimus,& ordinamus,quod Poteſtas,ſiue eius officiales, teneantur vinculo iuramenti obſeruare ſtatuta huiuſmodi,ac ordinationes in præſenti libro ſtatutorum deſcriptas,ſub pœna duorum ſcutorum pro quolibet contrafaciente,& vice qualibet,retinendorum de ſalario, & prouiſione dicti Poteſtatis applicanda camere Communitatis noſtræ Galleſij.

Quod Poteſtas,& orum officialesin fine ſuorum officij teneantur reddere libros Cap. 7.

STatuimus,& ordinamus,quod D. Poteſtas ciuitatis Galleſij, & eius notarij, per quatuor dies ante finitum officium eorum, debeant in manibus DD. Priorum,& Sindici,libros omnes, & ſcripturas pertinentes tam ad curiam,quam ad particulares perſonas,quos libros,et ſcripturas,ſindidici Poteſtatis debeant videre ad effectum reperiendi pecunias male exactas,et in manibus depoſitarij non ſolutas,et frodum perquirendi et ſi haberent ſcripturas particularium perſonarum,illas reſtituere debeant, abſq; aliqua ſolutione,proprijs dominis infra dictum tempus, ſub pœna quinq; ſcutorum qoulibet die quo ſteterit in mora,vt infra applicandorum: et nihilominus dictas ſcripturas reſtituere teneantur.

De ſindicatu D. Poteſtatis,& ſuorum officialium cap. 8.

CVM honeſtum ſit,quod quilibet adminiſtrator ſui officij,ſeu villicationis,rationem reddere debeat,& decens eſt, quod D. Poteſtas dictæ ciuitatis,& eius officiales,finito eorum officio, rationem debitam reddant,propterea hoc præſenti ſtatuto. Statuimus,& ordinamus quod dictus D. Poteſtas,& eius officiales,teneantur,& debeant, per duos dies adminus ante finẽ ſui officij DD. Prioribus,& Sindico dictæ cõmunitatis notificare quod ad finem officij eorum peruenerunt, & ideo petunt ſibi ſindicatores deputari,coram quibus adminiſtrationis ſue rationem reddere valeant,& finito eorum officio teneantur,& quilibet eorum teneatur ſtare,& morari,in ciuitate prædicta ad ſindicatum cum tota eius familia, in loco à dictis ſindicatoribus deputato,vel aſſignato: Qui ſindicatus debeat durare per ſex dies continuos etiam feriatos in honorem Dei,& ſanctorum vel alia quacunq; ratione,& in primis tribus diebus (præmiſſis ſolitis bandimentis) quilibet qui ſe grauatum à dicto D. Poteſtate,vel eius familia ſenſerit,porrigere debeat,& poſſit, coram dictis ſindicatoribus ſuas petitiones,vel querelas in ſcriptis,vel oretenus,quibus diebus elapſis,nemo audiatur vlterius,quæ petitiones ſeu querele,contra dictum D. Poteſtatẽ, & eius officiales in alijs tribus diebus vltimis (ſola facti veritate inſpecta) & iuris ordine vel ſolemnitate ſeruata vel non ſeruata,per dictos ſindicatores expediantur,& terminentur,pro vt iuris fuerit,& rationi conſonam, quod ſi dicti ſindicatores infra dicta tempora, dictas querelas,ſeu petitiones, non expediuerint,& terminauerint,abſoluendo,vel condemnando, tunc & eo caſu, dictus D. Poteſtas,& eius familia,intelligantur,& ſint ipſo iure,&ipſo facto liberi,& abſoluti,à petitionibus,ſeu querelis,contra ipſos vel ipſorum aliquem porrectis; poſſintq; & valeant quo voluerint libere diſcedere: Volumus autem quod dicti D. Poteſtas,& officiales incipiant ſindicari primo die poſt depoſitum officium,& teneantur preſtare fideiuſſores idoneos, de iudicio ſiſti,& iudicatum ſoluendo,& de non diſcedendo de dicta ciuitate (niſi finito ipſorum ſindicatu) ſub pena quod dicti fideiubſores de ſuo ſoluere,& petentibus ſatisfacere teneantur. Addentes quod dicti Poteſtas, & officiales coram dictis ſindicatoribus rationem reddere debeant totius regiminis,& adminiſtrationis officij eorum,tam de geſtis, quam de omiſſis, & tam procuratori phiſcali Illuſtriſſimi Principis, ac ſindico communitatis,quam ſpetialibus perſonis,querimoniam præponentibus, de eis vel de aliquo eorum,ſi quid indebite vel iniuſte ablatum ſeu receptum fuerit per ipſum D. Poteſtatem,nomine ſuo,vel ſuæ familiæ,vel per alios,ſindicandos

HAYKOBA BIBLIOTEKA OHY

condemnentur in quatruplum illi vel illis à quibus aliquid indebite, vel iniustè ablatum, seu receptũ fuerit per ipsum Potestatem nomine suo, vel suę familiæ vel per alios sindicandos: Et in quatruplum phisco si fuerit propter causam pecuniariam ciuilem: Si autem ipse potestas vel eius familia, aliquod indebite receperit in causis chriminalibus, puniatur secundum formam iuris communis: Volumus etiam quod dictus potestas in dicto sindicatu teneatur tam pro se ipso, quam etiam pro tota eius familia.

Quod potestas & eius Notarij, nec alij Notarij forenses possint Instrumenta facere in ciuitate Gallesij. cap. 9.

STatuimus, & ordinamus quod Potestas ciuitatis nostræ Gallesij, nec eius Notarij, nec alij Notarij forenses possint rogare, nec Instrumenta facere in dicta ciuitate Gallesij, nisi ea que sunt necessaria in actis ciuilibus, vel chriminalibus, & si contrafecerint, ipso iure sint nulla, inualida, & de iure non teneant, & contrafacientes incidant in pœnam decem scutorum pro quolibet contrafaciente, & vice qualibet cameræ nostræ Communitatis applicandorum.

De modo soluendi Bullectas cap. 10.

STatuimus, & ordinamus quod Potestas nostræ ciuitatis Gallesij, & eius officiales, non possint, nec debeant, aliquas pecunias accipere ex prouentibus communitatis, sed de ipsis pecunijs debeant facere bullectas, vt moris est in dicta nostra ciuitate, & illas ad depositarium communitatis dictæ nostræ ciuitatis, transmittere, vt ipsimet debitores eidem depositario soluant pecunias in bullectis adnotatas, ipsisq; pœcunijs acceptis, teneatur depositarius ipse, remittere bullectas præfato D. potestati: Et si potestas, vel eius officiales secus fecerint, incidant in pœnam dupli quantitatis bullectæ vice qualibet, & soluentes alteri quàm depositario, teneantur iterum & denuo bullectam ipsam soluere, & quantitatem in ea contentam: & nihilominus incidãt in duplum quantitatis pœnæ contente in bullecta applicande vt infra.

De prouisione, & salario dñi Potestatis. cap. 11.

STatuimus, & ordinamus quod D. Potestas nostræ ciuitatis Gallesij habeat pro sua prouisione, & salario, dictæ suæ preturæ, à magnifica communitate

nostra, per manus depositarij dicti nostri communis scuta viginti quinq; monetæ de iulijs decem pro quolibet scuto, quolibet semestre soluenda per bullectinum iuxta consuetudinem desuper alias obseruatam, de mense in mensem pro rata, vt fieri solent alij bullectini, & non vltra. Hac præsenti prohibitione sancimus, quod potestas, & eius officiales non possint DD. Priores aliosue officiales communitatis nostræ cogere ad aliquas expensas, faciendas aliquo modo ex quacunq, alia de causa, ac si contrafecerint, decem scutorum pœnæ nomine soluere teneantur, applicandorum vt infra.

De arbitrio, & auctoritate dñi Potestatis. cap. 12.

STatuimus, & ordinamus quod D. Potestas ciuitatis nostræ Gallesij & eius officiales, in occurrentijs, & negotiis curiæ pro causis ciuilibus, dãnorum datorum, & extraordinariorum, quilibet ipsorum possit imponere pœnam cuilibet vnius iulij pro prima vice, pro secunda duorum, & tertia vero vice quatuor iuliorum, ad hoc vt ipsis præstetur obedientia, ab inde vero supra possit imponere pœnam contra dictos inobedientes, & pertinaces vsq, ad summam quinq, scutorum, applicandorum pro vt infra in pœnis damnorum datorum, & extraordinariorum, quæ mulcte inobedientiarum respectiue, tam prima quam aliis vicibus, debeant annotari, & describi in actis libri damnorum datorum & extraordinariorum, & expediri per bullectas, pro ut alie pœnæ depositario nostræ cmmunitatis directæ, & si secus seruatum fuerit, pœnæ ipse denuo soluantur, & officiales, & potestas contrafacientes in duplum pœnæ incurrant, retinendæ de eius salario, & prouisione: In chriminalibus vero, & in causis arduis, liceat potestati, & curiæ, imponere pœnam eius arbitrio, iuxta qualitatem delicti, & facti.

De diuisione pœnarum, & capita solidorum cap. 13.

STtatuimus, & ordinamus, quod capita solidorum applicentur cameræ communis nostri, de quibus D. Potestas habeat tertiam partem, de pœnis vero damnorum datorum, & extraordinariorum, super accusis factis p Custodes communitatis, & Custodes particularium, ac etiam Notarij damnorum datorum, imprimis, & ante omnia detrahatur tertia pars, totius sũmæ, quæ applicetur, & detur dictis Custodibus, & Notario præfato respectiuę, de reliquis duabus tertiis, vna tertia pars applicetur Potestati, alie vero duæ Cameræ communis nostræ: Aliæ autem pœnæ exacte ex inquisitionibus, & accusis particularibus, & extraordinariis, ac inobedientiis, tertia

pars sit eiusdem potestatis, alie vero due sint, & esse debeant cõmunitatis nostræ.

De Iure Reddendo. cap. 14.

STatuimus, & ordinamus, quod D. Potestas teneatur quotidie exceptis diebus feriatis residere ad bancum iuris, vsq, ad horam tertiarum, & ante facere pulsaræ campanam ad ius reddendum, ad minus per dimidiam quartæ horæ, & similiter in fine. Et si reus vel citatus non comparuerit ad respondendum ante vltimum sonum campanæ, contumax pronunciare teneatur, si ab actore peritum fuerit, & in reliquis ad vlteriora teneatur procedere, pro ut infra dicetur, in capitulis de modo procedendi in ciuilibus.

De Mercede Scripturarum per D. potestatem, eiusq, Notariũ, & officiales capienda. cap. 15.

AD compescendum officialium immoderata grauamina: Statuimus, & ordinamus, quod D Potestas nostræ ciuitatis Gallesij, seu eius Notarij, & officiales, debeãt pro scripturis, & mercedibus suis, secundum infrascriptam formam, & taxationem exigere: Quicunq; autẽ prædicta non seruauerit, exactum rectituere, & pro pœna duplum quantitatis, pro qualibet vice soluere compellatur, quod si sepius contrafecisse repertus fuerit, vltra prædictas pœnas, etiam ab officio remoueatur.

Primum pro quolibet actu, vel petitione baiochum vnum. ba. 1.
pro petitione libellaria in scriptis baiocchos duos ba. 2.
pro productione instrumentorum, & aliarũ scripturarũ baiochos duos
pro quolibet sequestro baiochos duos. ba. 2.
pro quolibet precepto baiochos duos ba. 2.
pro quolibet teste examinato baiochos duos ba. 2.
Et si testis fuerit examinatus super articulis, et interrogatoriis, vltra sex articulos, et interrogatoria, habeat quatrenũ vnũ pro quolibet articulo et interogatorio à dicto numero sex supra.
pro decreto interponendo, baiocchos quinq; ba. 5.
pro qualibet sententia proferenda à nomino potestate cuiuscunq; quantitatis existat soluantur tantummodo baiocchi quinq; ba. 5.
pro fideiubsione baiocchos duos pro qualibet parte ba. 2
pro qualibet interpellatione baiocchos duos. ba. 2.

pro copia petitionis simplicis baiocchum vnum. ba. 1.
pro copia petitionis libellarie baiocchos duos pro qualibet facie ba. 2.
pro copia instrumenti baiocchos tres ba. 3.
pro copia exceptionum baiocchos duos ba. 2.
pro copia sententie baiocchos quatuor ba. 4.
pro copia testium baiocchos duos pro quolibet teste: ba. 2.
pro copia aliarum scripturarum baiocchos quatuor. ba. 4.
pro qualibet carta, & carta cotineat ad minus versus quatraginta scilicet viginti in qualibet facie, & quilibet versus contineat octo dictiones, & si dictæ copie fuerint publicate habeat duplum dicti precij, & de aliis copiis non expressis, habeat duntaxat de similibus, ad similia.
pro viatico D. Potestatis, & accessione ad locum differẽtiæ intus ciuitatem Gallesij habeat iulios duos cum dimidio, extra vero ciuitatem, vbicunq; fuerit in nostro territorio, habeat duplum quantitatis prædictæ, & plus minime petere possit.
pro iuramento suspecti de fuga, & captura baiocchos septem cum dimidio Item volumus quod Potestas, & eius curia, non possit aliquid accipere, neq; petere, pro astringitura, & executione, à quibusuis debitoribus nostræ communitatis, Ecclesiarum, & Confraternitatuum aliorumue locorum piorum, sed easdem causas summariæ exequi, & expedire teneatur sine aliquo præmio, & mercede.
pro captura cuiuscunq; causæ chriminalis vbi venerit imponenda pœna pœcuniaria simpliciter, curia & executor possit accipere, à delinquente iulios tres, Quando vero erit pœna pecuniaria, & in subsidium efficeretur corporalis iulios quinq;.
pro causa vero Capitali habeat, & accipere possit iulios decem, & nõ plus:
In causis vero chriminalibus seu mixtis, acta, et scripturæ, ac copiæ soluãtur pro vt supra in ciuilibus respectiue.
pro sportulis vero in causis capitalibs in quibus veniret imposita pœna mortis D. Potestas habeat scuta duo pro absolutoria, si autem esset pœna relegationis ad triremes, seu perpetui exilij (citra mortem) aut pœcuniaria à quinquaginta scutis supra, tunc D. Potestas habeat scutum vnum pro absolutoria, à quinquaginta autem scutis infra habeat tantũmodo iulios tres.
Si quis autem petierit cassari processum contra se formatum, in casu quo veniat cassandus, Notarius ab eo petere possit scutum vnum, si dictus processus esset condemnationis capitalis, et vltimi supplitij, si vero esset pœna corporalis (citra mortem) habeat iulios quinq; : Vbi autem esset im-

HAYKOBA БІБЛІОТЕКА
ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

posita pœna pecuniaria cuiuscũq; magnæ summe, à vigintiquinq; scutis supra habeat iulios tres, à vigintiquinq; aũt scutis infra, habeat iuliũ vnũ nec possit aliquis inquisitus, seu processatus inuitus cogi ad faciendum cassari processum, nec ad solutiones prædictas, nisi sponte ipse aut aliqs alius pro eo expresse petierit.

Item quod si euenerit casus in quo curia confecerit ex officio, seu ad instãtiam Phisci inuentarium in causis chriminalium, non possit aliquid petere, nec accipere pro sua prætensa mercede, à delinquẽte, nec de rebus inuentariatis. Addentes quod si euenerit casus vt supra, quod curia cõfecerit inuentarium cuiuscunq; delinquentis, cuius bona de iure communi, vel ex dispositione præsentium statutorum confiscarentur, camerræ Illustrissimi, tunc possit accipere pro quolibet inuentario iulios quinque & non plus.

In scripturis defensionum damnorum datorum emende, & executione emendorum, potestas, & eius curia nihil recepere possit, quæ omnia supra scripta volumus locum habere, tam inter forenses, quam inter conciues nostros, ac etiam in causis commissariis.

Similiter volumus quod pro interpositione appellationis viua voce habeat D. Potestas baiocchum vnum. ba. 1.

Pro productione appellationis in scriptis baiocchos duos. ba. 2.

Pro literis remissoriis seu apostolis baiocchos tres ba. 3.

Pro presentatione inhibitionis baiocchos duos. ba. 2.

Pro qualibet inhibitione baiocchos quindecim ba. 15.

Pro petitione, & deputatione tutoris, seu curatoris baiocchos quinq; b. 5.

Pro scriptura pacis baiocchos duos. ba. 2.

Pro quolibet compromisso pro qualibet parte baiocchos duos. ba. 2.

Pro rogitu cuiuslibet laudi, seu arbitramenti baiocchos quinq; ba. 5.

Pro scriptura notificationis cuiuslibet sententiæ, seu arbitramenti baiocchum vnum. ba. 1.

Pro productione notule expensarum taxandarum baiocchos duos ba. 2.

Pro taxatione expensarum baiocchos duos ba. 2.

Pro rogitu procuræ seu factoriæ baiocchos duos ba. 2.

Pro qualibet executione, seu astringitura in palatio personaliter facienda pro debitis ciuilibus baiocchum vnum. ba. 1.

Pro executione realiter faciẽda pro debitis ciuilibus intus ciuitatem etiam pro qualibet quantitate baiocchos tres computata executoris portione. ba. 3.

Extra vero ciuitatem computata etiã portione executoris baiocchos sex ba. 6.

Pro inuestimentis, & tenutis capiendis tantundem soluatur vt supra.

Pro qualibet relatione executionis, & inuestimenti sue tenutæ captæ baiocchum vnum ba. 1.

Pro commissione subastationis seu bandimentorum baiocchũ vnũ. ba. 1.

Pro relatione bandimentorum baiocchum vnum ba. 1.

Pro adiudicatione cuiuslibet rei subastate etiam quod fuerit facta tam ex primo quam ex secundo decreto baiocchos quinq, ba. 5.

Ad euitandam nihilominus causam contrauentionis huiusmodi taxæ hoc statuto expresse sancimus, quod si potestas, seu eius officiales, receperint, seu petierint vltra suprascriptas summas taxatas, seu transgressi fuerint quoquomodo incidant in pœnam duplicatam, sibi retinendã mẽse quolibet de salario, & prouisione ipsius potestatis. Et ad effectum ne pauperes, & persone idiote indebite grauentur: Ordinamus quod procuratores qui sub eorum patrocinio, quoscunq, litigantes in iudicio inducent, caueant ne ipsi minimeq, sui principales modo aliquo, aut prætextu, vltra dictas taxatas summas, soluere audeant, vel præsumant. Quod si facere procuratores ipsi neglexerint, de suo proprio suis principalibus reficere teneantur: Et quoniam vt plurimum euenit quod pauperes, & miserabiles persone, & alij simplices seu forenses, indebite molestantur, super solutionibus ipsis, cum sit equum, & pium illis consulere: Volumus qund DD. Priores, & Cancellarius eorundem pro tempore in eorum magistratu existentes, ad omnem minimam querelam cuiusuis persone, debeant prouidere, ne dicti simplices, & pauperes, ac forenses grauentur ad soluendum vltra supra, & infrascriptas summas. Qui quidem DD. Priores & Cancellarius si negligentes erunt, in præmissorum obseruatione, teneantur in eorum sindicatu ad refectionem damnorum, & interesse patientium de eorum proprio respectiue, & de periurio.

Volumus insuper quod huiusce Taxa habeat etiam locum in causis Commissariis inter conciues nostros, & habitatores Gallesij. Quod si fuerit causa D. Potestati commissa alicuius ex subditis illustrissimi Dñi Suriani vel Bassani, inter ipsos ac etiã forenses, possit accipere duplum taxæ prædictæ.

De officio Preconis, & Castaldi, eorumq; electione salario & mercede Cap. 16.

PReconem, seu Castaldum vnum bonum, habere debeat dicta ciuitas, qui sit etiam banditor cum salario sibi per DD. Priores vel consilium

generale, aut speciale deputando, qui Preco, vel Castaldus, iuret, & iurare debeat, ante ingressum sui officij in manibus Cancellarij communitatis in præsentia DD. Priorum, in palatio magnificæ Communitatis, eius officium bona fide, & legaliter exerceri, atq; referre, omnia & singula quæ ad ipsius officium spectant, teneatur etiam publice bandire pro communi, & specialibus personis, quando sibi impositum fuerit per D. Potestatem, vel alios officiales, etiam facere omnia, & singula bandimenta. Liceat insuper ipsi Preconi, vel Castaldo citare omnes personas nostræ ciuitatis, forensesq; ad curiam nostræ ciuitatis, & credatur ei tanquã fidedigne persone, & ad requisitionẽ cuiuscunq, petentis, debeat citare quem quis voluerit, vno die pro alio, & pro illo metdie, & hora, quod fuerit sibi commissum, & habeat pro qualibet citatione vt infra. Et detur dicto castaldo, vel preconi de dictis citationibus, & relationibus, tam factis pro particularibus personis, quam pro curia plena fides in omni actu, nisi probaretur contrarium per duos testes fide dignos, & si contrarium probaretur, castaldus teneatur ad interesse, & expellatur de officio, & puniatur iuxta formam iuris, ac etiam arbitrio Dominorum Potestatis, & Priorum.

Primum quidem volumus quod dictus Castaldus pro qualibet citatione ad instantiam particularium personarum fienda habeat pro qualibet persona quatrenum vnum, pro notificatione, seu relatione cuislibet cõtumaciæ quatrenos duos. Pro præsentatione cuiuslibet precepti seu sequestri in scriptis, et eius relatione baiocchum vnum. Pro quolibet bandimento ad instantiam particularium personarum, in omnibus plateis, stratisq, publicis, aliisue locis publicis, & cõsuetis habeat quatrenos tres. Pro quolibet inuestimento, & executione reali per eundem castaldum intus ciuitatem fienda baiocchum vnum, extra vero ciuitatẽ baiocchos duos. Pro omnibus aliis bandimentis ad instantiam magnificæ communitatis nostræ, ecclesiarum, confraternitatuũ, locorumq, piorum nihil recipere possit, nec debeat, ac etiam pro bandimentis ad instantiam Curiæ & phisci nihil vt supra habere, vel recipere possit.

Volumus etiam quod dictus Castaldus minime per ciuitatem Gallesij preconizzare possit, nisi prius preuio sono tubæ, quod si secus preconizatũ ue fuerit vllo modo valeat, ac teneat.

Item volumus quod prefatus Castaldus omni die feriato, ad honorẽ & Dei sanctorũ, de mane cõducere, & associare debeat DD. Priores in palatio magnificæ communitatis, & de inde in ecclesiam diuæ Mariẹ, ad diuina officia quod si secus contrafactũ fuerit amittat dictus Castaldus salariũ cuislibet mensis per eum inseruiti.

De modo eligendi Magnificos DD. Priores, Confalonerium, aliosue officiales Magnifice communitatis Gallesij, & Consilium speciale. cap. 17.

PRO Salubri regimine ciuitatis nostræ Gallesij, ac pro faciliori negociorum expeditione, Hac lege sancimus, vt in dicta nostra Ciuitate DD. Priores pro temporibus existentes, debeant eligere alios DD. priores, & officiales pro anno sequenti modo infrascripto videlicet, quod in die sanctæ Luciæ, vel ante aut postea de mense Decembris, prout melius, & commodius dictis DD. prioribus videbitur ante festũ sancti Thomæ, auscultata prius missa Spiritus Sancti, predicti DD. Priores debeant eligere ad creandum Nouos DD. Priores, Confalonerium, & alios officiales, ac Consiliarios, sex homines de consilio, duos ex qualibet contrada, qui simul omnes debeant eligere, & creare decem & octo homines, etiam de consilio, scilicet sex ex qualibet contrada, videlicet sanctæ Mariæ, sancti Angeli, & sancti Laurentij, in priores, qui homines, & priores futuri dum fuerint electi, debeant ab ipsis hominibus congregatis, per bussula scrutinari, & balluctari, & si fuerint approbati à maiori parte dictorum congregatorum de ipsorum numero, fiant tres cedule, & in qualibet cedula inscribantur sex homines duo ex qualibet contrada, & deinde includantur in tribus pilulis rubre ceræ, & ponantur in pixide, & de ipsa pixide extrahatur vna pilula quolibet quadrimestri, & tantũ duret officium prioratus & magistratus eorum.

Volumus insuper quod debeant similiter duos probos homines de consilio eligere quorum officium duret per annum, & primo eligantur ex cõtrada sanctæ Mariæ, & de inde de contrada sancti Angeli, & postmodũ de contrada sancti Laurentij, & sic fiat annuatim, & ex his duobus, alter sit Confalonerius, alter vero Sindicus communitatis ciuitatis nostræ Gallesij, & simili modo includantur in pixide, & quolibet anno extrahantur. Volumus etiam, & ordinamus quod prefati DD. Priores, & homines vt supra electi, & congregati, debeant eligere vnum probum virũ de dicta contrada vt supra, & de dicto consilio; qui sit depositarius dicti nostri communis, & eius officium duret per annum.

ITEM volumus quod prefati DD. Priores, & homines electi vt supra, debeant eligere decem & octo homines etiam de Cõsilio, qui sic electi sint consilium speciale, & predicto modo includantur in pixide, & extrahantur vt supra, & eorum officium duret per annum.

Statuimus etiam quod similiter dicti DD. Priores & homines, eligere de-

beant tres idoneos viros qui sint capita viginti quinq; hominum, & predicto modo includantur, & extrahantur, & eorum officium duret per annum, qui homines sic electi, & inclusi vt supra, inpixide includantur in cassula, habente duas claues, quarum vna sit in manib⁹ D. Archipresbyteris ecclesiæ Cathedralis, diuæ Mariæ, & alia seruetur pœnes Sindicũ Communitatis, & Cassula seruetur in Sachristia secreta: ecclesiæ diuæ Mariæ prædictæ, & quando erit tempus DD. Priores, & alij officiales vt supra extrahendi DD. priores vna cum potestate debeant insimul audire missam Spiritus Sancti, & postea faciant accipere dictam cassulam, & portare in palatiũ residentiæ D. Potestatis, & ibi coadunato generali consilio, ad sonum campanæ præmissis bandimentis; per D. Cancellariũ Communitatis extrahantur de dicta Bussula dicti officiales modo prædicto, & alij restent in bussulo sigillato, & mittantur in cassula loco ordinato prædicto, & debitis temporibus, idem ordo seruetur. Et volumus quod DD. Priores antequam ingrediantur magistratum, debeant audire missam Spiritus Sancti, & postea in palatio residentiæ D. Potestatis, p manus ipsius iurare debeant ad sancta dei Euangelia, corporaliter manutactis scripturis, actendere, ad quietum, & pacificum viuere ciuitatis prædictæ, & vtilia pro dicta communitate facere, & inutilia prætermittere, & curare, & manutenere, ac defendere bona & res ecclesiarũ piorum, locorum, viduarum, pupillorum, & miserabilium personarum, similiq; modo iurent D. Confalonerius, Sindicus, depositarius, homines electi pro consilio speciali, & capita viginti quinq;.

Ordinamus etiam, & præsenti statuto firmamus, quod prefati DD. Priores & homines prædicti simili modo eligere debeant, tres homines etiam de consilio, vnum pro qualibet contrada, vt supra, qui sint Ratiocinatores, & similiter modo prædicto imbussulentur in pixide, & dicta cassula includantur, & extrahantur tempore præfato, & eorum officium duret per annum.

Prouidemus insuper, & ordinamus quod etiam præfati DD. Priores, & homines supra dicti imbusselentur eodem modo, & tempore, cum dictis DD. Priorib⁹ tres descreti, & literati viri etiam de consilio prædicto, vnum ex qualibet contrada, vt supra, qui sint sindici ad sindicandum Potestatem, & eius officiales, finito tempore suæ preturæ, & extrahãtur ex pixide per diem vnum ante finem officij potestatis vt moris est

Volumus etiam, & ordinamus quod eodem modo, & forma prout supra dispositum fuit in electione ceterorum officialium, similiter eligantur dicta die tres idonei homines de concilio vnus pro qualibet contrada

da qui sint Magistri stratarum, & officium eorum duret per annum, qui similiter extrahantur vt supra & alij officiales: Pariter Volumus, & ordinamus, quod die predicta eligantur eisdem modo, & forma vt supra, tres alij idonei viri, qui sint viarij, & eorum officium duret per annum, & extrahantur vt supra.

Volumus insuper, & ordinamus quod DD. Priores in fine eorum officij, in die in quo noui DD. Priores acceperint eorum officium debeãt assignare ipsis nouis prioribus, sindico, & cancellario, omnia credita, & debita dictæ communitatis Gallesij, ad hoc vt possint executioni mandare negocia ipsius communitatis, nec non debeant consignare in manibus p̃fatorum claues portarum dictæ ciuitatis sub vinculo iuramenti.

Etiam volumus, & ordinamus, quod id totum quod fuerit ordinatum, & decretum per præfatos DD. Priores & speciale consilium, vel generale fuerit ratum, & firmum, & ipsi DD. Priores sub pœna vnius scuti pro quolibet debeant exequi, & obseruare, & quilibet teneatur ire ad consilium quando fuerit requisitus per castaldum, vel sonum campanæ sub pœna vnius iulij, pro quolibet consiliario, & vicequalibet.

Volumus etiam statuimus, & ordinamus quod DD. priores per tempora existentes durante eorum officio, sint liberi ipsi, & ipsorum familia, ab omni scuffio, siue onere personali, & quod non possint ab aliquo conueniri, nec ipsi alios conueniri faciant, & si secus factum fuerit acta ipso iure sint nulla.

Statuimus etiam, quod si casus euenerit, quod aliquis ex dictis DD. Prioribus moriatur, vel fuerit absens à ciuitate Gallesij vel impeditus interuenire ad officium minime potuerit, ipsi DD. Priores possint loco mortui vel absentis, aut impediti eligere, & deputare aliũ priorem de dicta contrada, ad ipsorum electionem.

Item volumus, & hoc statuto sancimus, quod si aliquis repertus fuerit esse cõtra principem nostrum illustrissimum seu macchinauerit aliquod cõtra communitatem nostram Gallesij, & habere debitum in ipsa communitate, & non possideat adminus de suo proprio detractis dotibus vxorum, scuta centum in catastis communitatis, & sit de dicto consilio, & retrohactis temporibus, vel in futurum fuerit per sententiam condemnatus, tã de bonis mobilibus, vel immobilibus valentibus à duobus scutis supra quod ea furtiue subtraxerit, seu furatus, fuerit nõ possit modo aliquo eligi, & deputari in officio prioratus, sub pœna decem scutorum p quolibet contrafaciente, applicandorum vt infra, & nihilominus, dicta electio fit nulla, nullius roboris, & momenti, & ad dictum officium non admittatur.

De officio D. Confalonerij, & eius auctoritate. cap. 18.

QVONIAM nostra Magnifica Communitas Christi eiusq; sancto rum vestigia non immeritò sectando vexillum publicum cum effigie Beati FAMIANI Ciuitatis nostræ Gallesij aduocati, & patroni, fideliter, & deuotissime erexit, idcirco hac lege sancimus, & ordinamus, quod ille ciuis noster qui ad huiusmodi Confalonerij officium, erit assumptus, postquam vna cum nouis Magnificis DD. Prioribus sancti Spiritus missam auscultauerit, iuramentumq; susceperit, debeat publice coram omni populo, in platea diuæ Mariæ ante ædes nostri palatij accipere dictum Vexillum, seu Confalonem, & banderiam ac claues januarum ciuitatis nostræ reuerenter (vt decet) de manibus alterius Cõfalonerij preteriti: Et ad laudem omnipotentis Dei, eiusq, beatæ virginis matris, ac diui FAMIANI nostri protectoris Illustrissimorum DD. Nostrorum de Madructiis, pro Sãcta Romana Ecclesia, fidem, totiusq; vniuersitatis nostræ pacem statumq; tranquillum. Insignia ipsa summa fide, summaq, diligentia, & claues pœnes se tenere, & conseruare promittat; Qui quidem D. Confalonerius immediate cum dictis insigniis & banderia explicatis, & arboratis, debeat versus eiusdẽ domum vna cũ dictis DD. Potestate, & prioribus, cæterisq; aliis officialibus, vniuersoq, populo tibicina, seu precone preuio hilariter ire, & commitari, vt eidem eiusq; officio publice (vt decet) ab omnibus honor, & reuerentia reddatur. Que quidem insignia pariter explicata & arborata, tota eadem die ad eius fenestras publice apparere faciat: Volumus etiam quod dictum Confalonẽ, & Banderiam, de cetero nunquam in publicum extrahere possit nec debeat, nisi in festo Corporis CHRISTI, & beati FAMIANI, & quando erit necesse pro pace, & quieto viuere Magnificæ Communitatis Gallesij, & ipsum ante omnes ducere, & mandare possit cui sibi placuerit, quod illum sequi debeant, & assistere armata manu, pro sedandis rumoribus, & pacifico viuere, vt supra, sub pœna confiscationis omnium bonorum suorum camerę Illustrissimorum DD. nostrorum applicandorum. Volumus insuper pro pacifico, & quieto viuere communitatis Gallesij quod habeat auctoritatem confalonerius ipse, capere facere omnes exules, & rebelles dictæ nostræ ciuitatis, & possit in tali casu mandare quibuscunq; voluerit, & debeant ipsi auxiliũ & fauorem præstare, & recusantibus pœnã imponere, quos exules si capere poterit, debeat in manibus curiæ consignare, & quod bene prouideat, ne factis, ac verbis aliquid machinetur contra sanctam Romanam

ecclesiam, Illustrissimos dd. nostros, & cõmunitatem nostram Gallesij, & reperti culpabiles puniantur iuxta præsentium statutorum formam.

De officio Sindici. cap. 19.

VOLVMVS, & ordinamus quod Sindicus communitatis Gallesij qui erit pro tempore in introitu sui officij, debeat per inuentarium accipere omnia bona, iura actiones, & scripturas quascunq; dictæ nostræ communitatis, à sindico preterito, & illas pœnes se tenere & diligenter custodire, & conseruare, & bona, res, & pecunias à detemptoribus, & debitoribus communitatis prædictæ exigi facere, & debita soluere faciendo per manus depositarij per bullectinum vt supra dictũ est, pro vt sibi mandatum fuerit per dd. priores, nec non debeat omni cura & studio, ac diligentia fideliter exerceri omnia negocia occurrentia dictæ communitatis, & bona dicti communis sindico successori reddere, & per inuentarium restituere, pro ut ipse habuit, et sit procurator generalis dictæ nostræ communitatis. Item volumus quod prefatus Sindicus ter in anno teneatur reddere computum, et calculum de gestis per eum in fine cuiuslibet prioratus, ratiocinatoribus per dd. priores eligendis, et pro expensis faciendis, possint qualibet vice ipsius computi expendere de pecuniis communitatis vsq; ad tres iulios, et non vltra. Volumus etiam, et mandamus quod sindicus prefatus, teneatur, et debeat (vinculo iuramenti) et ad pœnam trium scutorum scribere, et annotare omnes, & singulos dies quibus potestas noster, vel aliquis eius officialis nostræ ciuitatis absens fuerit à dicta nostra ciuitate, & dictam scriptam, & puntaturam assignare sindicis communis, qui sindicabunt dictos officiales.

De officio depositarij. cap. 20.

VOLVMVS etiam, et hoc statuto sancimus, quod Depositarius nostræ communitatis, teneatur et debeat in principio sui ufficij iurare ad sancta dei euangelia tactis scripturis in manibus D. Potestatis ipsius officium bona fide & legaliter exercere idoneamq, fideiubsionem præstare de receptis per eum computum fideliter reddere, cuius quidem depositarij officium, sit, et esse debeat, et ad ipsum tantum spectet, recipere omnes, et singulos introitus, omnesq; et singulas pœcunias dictæ communitati debitas, et debendas, et peruenientes, tam ex

HAYKOBA BIBLIOTEKA OHY imaginii / MECHNIKOBA

introitibus affictuariorum, et curiæ ex qua vis causa per bullectinum factum manu cancellarij communis, & subscriptum manu sindici nostrę communitatis, & sigillo communis sigillatum, & ponere, ac scribere in introitum ad eius librum, manu etiam dicti cancellarij, & similiter ex ipsius depositarij manu debeat scribere in alio libro (pœnes sindicum remanente) pecunias per eundem recipendas, vt supra, & pari modo per bullectinum vt supra factum, seu faciendum, soluat debita cōmunis.

De electione, & iuramento Cancellarij cap. 21.

STATVIMVS, & ordinamus quod DD. Priores qui per tępora fuerint, possint sibi eligere Cancellarium ex notarijs ciuitatis Gallesij quē voluerint, qui cancellarius ēt sit de concilio sitq; obligatus, & debeat vinculo iuramenti, & amissionis suæ prouisionis, omnia instrumenta, & scripturas spectantia ad nostram communitatē Gallesij, de omni & quocunq; negocio fideliter scribere, & publicare in libris communitatis nostræ, & similiter consilia & ordinamenta pro vt sibi per DD. Priores impositum fuerit. Volumus etiam quod dictus Cancellarius sit presens, & debeat videre vna cum Ratiocinatoribus, & dd. Prioribus, omnia computa spectantia ad dictam communitatem, & teneatur, & debeat, pro negociis, & occurrentiis, ac necessitatibus communitatis prædictæ absq, aliqua prouisione equitare, sed sibi prouideatur de expensis, & equo, & habeat iulios decem pro quolibet mense pro sua prouisione, & alia regalia in dies occurrentia, & si fuerit ab aliquo requisitus, quod videat & legat ei statuta, vel quod eidem capitulum aliquod declaret, teneatur eidē fideliter legere. Sitq; & esse debeat ꝓcurator communitatis nostræ in omnibus causis, & rebus, ipsius communitatis, & ꝓ obseruatione omnium & singulorum præmissorum adimpeldorum, iuret, & iurare debeat in manibus domini Potestatis ad sancta Dei Euangelia manu tactis scripturis vt supra.

De officio Ratiocinatorum cap. 22.

STatuimus, & ordinamus, quod omnes Ratiocinatores, vel ad minus duo ipsorum vna cum cancellario communitatis nostræ, teneantur, & obligati sint rationes, & calcula videre, et auscultare depositario, sindico, exactoribus datiuarum, Salis, Medici, Potestatis capita solidorum, inquisitionum damnorum datorum, extraordinariorum, ac aliarum rerum

rum, ad dictam nostram communitatem spectantium, rationesq; calcula, et computa prædicta fideliter terminare, et finire, sterurq; saldo, et calculo per ipsos fiendo: Volumus autem quod si prædicti Ratiocinatores communis, rationem dictorum Sindici, et depositarij aliarumq; personarum, et rerum vt supra, absq; libris, et bullectinis audiuerint, et viderint, talis ratio, et calculum nullam obtineat firmitatem, et vnusquisq, ipsorum Ratiocinatorum, ac etiam qui talem ratio nem redderet, soluat pro pœna scutum vnum, & nihilominus communi damnū si quod passum fuerit resarcire de eorum proprio teneantur.

De officio Sindicorum D. Potestatis cap. 23.

VOLVMVS Autem, & hoc nostro statuto sancimus, quod sindici D. Potestatis, & eius officialium, finito tempore eius preturæ, debeant eligere sibi vnum Notarium ciuitatis Gallesij quem voluerint, qui teneatur ad requisitionem Sindici communis, & cuiuscunq; petentis, scribere acta & petiones contra potestatem, & eius officiales, sub pœna vnius scuti, recepta eadem mercede, quam recipere solent notarij potestatis in causis ciuilibus Volumusq; quod dicti sindici electi vt supra, ad sindicandum, dictum Potestatem & eius officiales possint & valeant summariæ de plano, & sine strepitu, & figura iudicij, & sola facti veritate in specta, pro vt ipsis melius videbitur, & placebit, procedere, & infra sex dies debeant per sententiam condemnatoriam, vel absolutoriā omnia terminasse ꝓ vt supra in capitulo de sindicatu potestatis.

De Allibratoribus, seu catastatoribus. cap. 24.

STatuimus, & ordinamus quod DD. Priores, & Consilium speciale pro tempore existentes, debeant eligere tres idoneos viros, vnum ex qualibet contrada, etiam de dicto consilio, & officium eorum duret arbitrio præfatorum DD. Priorum, & consilij, qui homines allibratores sic electi debeant eligere eis vnum Notarium qui vna cum ipsis (iurato prius exercere officium eorum bene fideliter, & legaliter) possit, & valeat domos in ciuitate Gallesij, & possessiones in eius territorio ad catastum scribere, ponere, & allibrare, arbitrio eorum, & id quod scriptum, factum, positum, & allibratum per eos, fuerit, habeatur pro firmo, & irreuocabili, præfatosq; DD. Priores volumus authoritatē habere ordinandi, & soluendi salarium prædictis allibratoribus, & Notario arbitrio ipsorum.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

De Sindicatoribus DD. Priorum, cammerariorum, ac Sanctensium Ecclesiarum & locorum Priorum. cap. 25.

STatuimus, & ordinamus quod DD. Priores, & Consilium speciale pro tempore existentes, debeant eligere tres homines etiam de consilio præfato, vnum ex qualibet contrada, qui homines sic electi vna cum notario per eos eligendo, debeant sindicare DD. Priores in fine eorum officij infra terminum quinq; dierum, nō seruato ordine iudiciario, sed de plano sine strepitu, & figura iudicij, sola facti veritate inspecta, & si p̄dicti DD. Priores fuerint reperti culpabiles, sindici præfati, condemnent eos in quadruplum, quo venirent alij iuxta formam statutorum condemnandi. Volumus pariter, & ordinamus, quod prædicti sindici, possint valeant, & debeant, vna cum venerabili Vicario Reuerendiss. D. Episcopi, vel D. Archipresbytero Ecclesiæ Cathedralis sanctæ Mariæ rationes videre, & sindicare omnes camerarios, & sanctenses siue factores ecclesiarum, hospitalis Gallesij, & aliorum piorum locorum, & si inuenerint ipsos culpabiles condemnare debeant eos in quadruplum, vt supra, quæ pœna applicetur ecclesiæ hospitali, & locis defraudatis, & si neglexerint in condemnando vel absoluendo infra prædictum tempus incidant in pœnam quinq; scutorum, pro quolibet applicandorum vt supra.

De Magistris Stratarum, & eorum officio cap. 26.

STatuimus, & ordinamus, quod ad officium Magistrorum Stratarū spectet, & pertineat, inuenire si aliquis haberet de bonis stabilibus nostræ communitatis, & ad dictum commune pertinentibus, ac etiam super apprehensas factas per aliquam personam, seu personas nostræ ciuitatis existentia tam intus quam extra ciuitatem præfatam, & si dicta occasione darent impedimentū communi prædicto possint propria auctoritate leuare facere dicta obstacula, & quilibet ei obedire teneatur, inobedientesq; soluere teneantur nomine pœne, vice qualibet scutos duos, & nihilominus dicta obstacula supra apprehensa, & impedimenta remouere debeant, teneantur etiam ipsi magistri stratarū, omni mense videre omnes vias publicas, tam intus, quam extra ciuitatem, & expensis adiacentium, vel communis vt iustum fuerit facere reactari, & inobedientes vice qualibet, soluant supra dictam pœnam applicandam pro tertia parte Domino Potestati, tertia communitati nostræ alia vero tertia pars

ipsis Magistris Stratarum: Insuperq; volumus quod dicti magistri stratarum debeant vinculo eorum iuramenti omni mense semel prædicta videre, & si in prædictis negligentes fuerint, Potestas teneatur cogere ipsos ad dictum eorum officium exercendum, & debeant habere suum Notarium, qui debeat diligenter omnia executa per dictos magistros stratarum scribere, & adnotare, & habeat p̄ eius mercede tantundem in actis per eum scribendis, quod habet notarius D. Potestatis.

De Viariis, & eorum officio. cap. 27.

STatuimus, & ordinams quod Viarij prædicti debeant eis eligere vnum Notarium qui sit eorum scriba, & iurare debeant ad sancta Dei Euangelia in manibus Potestatis eorū officium bona fide, sollicite, fideliter, & sine fraude facere, & exercere, habeantq; plenam, & omnimodam potestatem, & auctoritatem, omnes, & singulas causas, & differentias vertentes, & quæ verti possent inter nostros conciues, tam intus ciuitatem quā extra, in eiusdem territorio de domibus, Casalenis, aqueductis, stillicidiis, seu grondariis, & aliis similibus, possessionibusq; viis vicinalibus, cō finibus, & terminis quibuscunq;, & ad requisitionem cuiuscunq, petentis, possint, & valeant prædicta omnia videre, cognoscere, & terminare, ac finire iuxta eorū iudiciū, die feriato, vel nō, omni iudiciario ordine p̄ termisso, summarie, simpliciter, et de plano, sola facti veritate inspecta, et dare terminum partibus ad p̄ducendum eorum iura: Iuraq, producta, et probationes recipere, partibus presentibus, vel absentibus, dummodo pars aduersa ad instantiam producentis fuerit citata: Et ipsis iuribus visis, debeant prædictas causas, et lites vt supra finire, et terminare, et si necesse fuerit, possint partibus mandare, vt eis obediant, sub pœna eis bene visa: Et totum id quòd p̄ dictos Viales fuerit factum, et sententiatum plenariæ obseruetur sub pœna decem scutorum: Et scripturis omnibus factis per eorum Notarium, detur plena fides, et pro eorum mercede Viarij prædicti pro quolibet termino, & à qualibet parte habeant pro quolibet ipsorum baiocchos duos, & Notarius recipiat tantundem: Et si omnes simul prædicti Viarij non potuerint causas prædictas cognoscere, & terminare, duo ipsorum id facere, et exequi possint: In aliis vero differentiis habeant baiocchos duos p̄ quolibet ipsorum à parte qualibet. Et si dicti Viarij neglexerint prædicta facere requisiti, incidant in pœnam vnius scuti p̄ quolibet ipsorū, applicandorum vt infra: Et si fortasse aliquis ipsorum viariorum ha-

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

beret litem cum aliquo sup pmissis, non possit p suo interesse interuenire, sed per alios duos lis terminetur, à quorum viariorum sententia, si aliquis senserit se grauatum, appellare non possit, nisi prius producto consilio sapientis sigillato continente lesionem, & grauamen: Et si secus appellatum fuerit, appellans incidat in pœnam quinq; scutorum applicandorum vt infra. Volumusq; & mandamus, quod viarij prædicti in prima hebdomada post ingressum DD. priorum debeant referre dictis nouis prioribus informationem differentiarum (si quæ extant) sup confinibus & terminis, ac pontibus, & stradis publicis, dictaq, relatione habita, DD. priores infra quindecim dies proxime futuros debeant prouidere (put expediens fuerit) præstando auxilium, & fauorem dictis viarijs in omnibus negociis ad eorum officium spectantibus: Et si dicti viarij fuerint negligentes in præmissis, incidant in pœnam vnius scuti, p quolibet, applicanda vice qualibet vt supra in quam pœnam, volumus etiam incurrere DD. priores si pmissa non obseruabunt.

De officio & auctoritate Capitum vigintiquinq; cap. 28.

STatuimus, & ordinamus, quod quilibet Capuitũ Vigintiquinq, possit, & debeat, de sua contrada, eligere vigintiquinq, homines in fauorem iustitiæ, & curiæ, ac p quieto, & pacifico viuere huiusce nostræ ciuitatis Gallesij, & eis mandare, vt ipsis obediant sub pæna arbitrij DD. Priorum Qui capita vigintiquinq, ad omnem requisitionem curiæ tam de die, q̃ de noctæ, debeant fauorem præstare in omnibus rebus, & occurrentiis necessariis, cum eorum sociis contra Rebelles, malefactores, inquietatores, pacifici status, perturbatoresq, & machinatores contra Illustrissimũ Principem nostrum, communitatemq, nostram, ac inobedientes illos capere, & in manibus curiæ ponere, & consignare, Et si talia facere recusauerint, incidant in pœnam p quolibet, & vicequalibet, vnius scuti, Et si electi & socij ipsorum noluerint comparere, ad pmissa faciendum, soluat quiliber contrafaciens, pœnam per eosdem capita vigintiquinq, impositã, applicandam vt infra, & supra dictis hominibus sic electis, tale mandatũ ipsis fore factũ credatur, & stetur soli assertioni, & iuramento dictorum capitum vigintiquinq, & cuiuslibet ipsorum. Volumus insuper quod si euenerit casus quod in psentia dictorum Capitum vigintiquinq, fuerit facta aliqua rixa, vel tumultus in absentiam curiæ, possint & debeant ipsos rixantes personaliter capere, & ad curiam ducere, & D. Potestati eos consignare, & contra illos iustitiam faciat, & si nõ potuerint

rint ipsos rixantes in curiam ducere, possint quibuscunq; voluerint mãdare sub eorum arbitrio, vt eisdem in capiendo tales rixantes auxilium prestent.

De æstimatoribus, & eorum officio. cap. 29.

AD Hoc vt damna passa non remaneant impunita. Statuimus, & ordinamus, quòd DD. Priores, & Consilium speciale debeant eligere tres probos Viros, vnum ex qualibet contrada, qui sint & esse debeant æstimatores communis, & eorum officium duret per annum & in manibus D. Potestats iurare debeant officium ipsorum, legaliter, fideliter, & sine fraude exercere, remotis ab eis timore amore prece, & precio, Qui æstimatores sic electi, ad requisitionem cuiuscunq, petentis, debeant ire ad estimandum omnia damna passa, in eius possessionibus. Et si id facere neglexerint, incidant vice qualibet, p ipsorum quolibet in pœnam duorum iuliorum, applicandorum vt infra, & credatur iuramento dicti requirentis. Habeant dicti æstimatores p eorum mercede baiocchos duos p qualibet estimatione, dummodo locus damni passi non sit vltra miliarium vnum, si vero vltra dictum miliarium habeant p qualibet estimatione in scriptis redacta, baiocchos tres. Quibus vero estimationibus stetur, & ipsis in omni, & quacunq, pœcuniarum summa, & quantitate, vel rerum, adhibeatur plena fides, & duo ex ipsis æstimatoribus possint, & valeant æstimare, sicuti ac perinde omnes æstimatores, & damna emendentur in simplo, exceptis casibus exprimendis in præsenti nostro statuto. Et si euenerit casus quòd patronus damni passi, seu damnum dans, de æstimatione p eosdem æstimatores facta, grauaretur, tunc possit, & valeat, habere recursum ad DD. Priores, Qui sub vinculo per eos præstiti iuramenti, statim eligant, duos alios peritos homines qui possint dictũ dãnũ reuidere cũ iuramento, ac arbitrari, quorum demum arbitramento stetur, absq, aliqua alia reclamatione, quidem homines, seu arbitratores, ad eundem effectum assumpti habeant duplum mercedis solitæ dari æstimatoribus.

De Paceriis, seu Pacificatoribus officio. cap. 30.

STATVIMVS, & ordinamus, ad vt quiete, & pacifice viuatur, iuxta ordinem Sanctæ Matris Ecclesiæ, Volumus quod DD. Priores debeant eligere tres idoneos, ac probos & sufficientes viros etiam de Con-

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

ſilio, vnum ex qualibet contrada, qui ſint pacificatores, & pacerij, & officium ipſorum incipiat in calendis Ianuarij, & duret per annum, qui in manibus D. Cancellarij communis debeant iurare eorum officium fideliter, vigilanter, & legaliter exerceri, & omnes inimicitias tam de verbis, quàm de factis, & percuſſionibus, reducere ad bonam pacem, & cōcordiam, & omnes habentes inimicitias ad requiſitionem prædictorum pacificatorum, debeant, & obligati ſint pacem perpetuam facere, ſine replicatione, ſub pœna viginti iuliorum auferendorum à contrafaciente, & recuſante, & ſi noluerint pacem facere, D. Poteſtas ad requiſitionē dictorum pacificatorum, debeat carcerare recuſantem pacem, & nunq; dimittat eum de carceribus, donec pacem faciat, & nihilominus incidat in pœnam vnius iulij ꝓ quolibet die quo ſteterit in mora, in faciēdo pacem, etiam ſi eſſet in carceribus, & ſi forent expenſe, & intereſſe alique reficiende, ipſi pacificatores tanquam Iudices, debeant dictas expenſas & intereſſe videre, taxare, & terminare, ſummarie, de plano, ſine ſtrepitu & figura iudicij, ſola facti veritate inſpecta, & illas expenſas, & intereſſe qui teneretur ſoluere, ſoluat ſine aliqua contradictione, damnum patiēti iuxta condemnationem dictorum Pacificatorum, & ſi Poteſtas negleXerit, circa præmiſſa in obſeruando, incidat in pœnam duorum ſcutorū qualibet vice, de eius ſalario retinendorum.

De hominibus eligendis ad ponendum p̄ eciu n operariorum. cap. 31.

STatuimus, & ordinamus, quod DD. Priores eligere debeant, tres probos viros, vnum ex qualibet contrada, qui habeant authoritatem ordinare, & prouidere ſalarium, & mercedem operariorum, & præſertim de menſe Maij, & totius anni, & totum id quod factum ordinatum ve fuerit, per dictos homines, obſeruetur, & ſi alquis ſoluerit, & promiſerit, vltra præcium per oſdem ꝓuiſum, ſoluat ꝓ pœna iulios quinq; ſine aliqua diminutione, applicanda vt infra.

De Officio Magiſtri gramatices. cap. 32.

AD Hoc vt prædicta ciuitas noſtra Galleſij de bono in melius augeatur, & vt ad ſcientiam quæ (teſtante Philoſopho) iureq; communi nobilitat hominem, redditq; benignum, Exemplo autem Magnifici & Eccellentiſſimi. Domini Antonii Maſſæ tantiq; hominis

tanteq; auctoritatis qui ſuis virtutibus, ac literis hanc noſtram Ciuitatē, & ornauit, & claruit & ſplendidit, ciues noſtri, ac poſteri valeant applicari: Statuimus, & ordinamus, quod DD. Priores & alij officiales prædictæ noſtræ ciuitatis in conſilio noſtro generali, teneantur, & debeant continue ꝓuidere de vno bono & ſufficienti magiſtro gramatices, ꝓut maiori parti ipſorum melius, & vtilius viſum fuerit, cum ſalario illi in cōſilio ſtatuendo de bonis dicti communis, & alias vt ipſis melius videbitur: Qui magiſter debeat continue regere, & retinere Scholam, in Ciuitate noſtra bene, & diligenter, ac ſollicite docere ſcholares quos habebit de prædicta ciuitate, & nunquam abeſſe dictus Magiſter debeat tēpore ſue conductionis, quæ per annum ſit duratura, & extra dictam Ciuitatem ſtare vel morari vltra tres dies abſq; ſpeciali licentia dictorum DD. Priorum, qui ꝓ tempore fuerint ad regimen dictæ ciuitatis obtenta in ſcriptis, & non vltra, & ſi dictus Magiſter contra hoc capitulum fecerit, excomputetur ſibi de ſuo ſalario, quantum ſibi tangeret ꝓ qualibet rata dicti anni, ſeu ꝓ rata ſui temporis anni p̄dicti, & nihilominus à dicta eius conducta pœnitus amoueatur.

De modo eligendi Conſilium generale, vel ſpeciale, per DD. Priores Ciuitatis Galleſij, & de eorum auctoritate ca. 33.

PRO Facilliori, & validiori negociorum noſtræ Magnificæ Communitatis expeditione: Sancimus vt in hac Ciuitate noſtra ſit vnū Cōſilium ſpeciale, de decem, & octo hominibus (vt ſupra dictum eſt) eligendis, quod duret per annum, in quo preuio ſono Campanæ, per DD. Priores, & dictos Conſiliarios, cum interuentu D. Poteſtatis diſponi poſſit vſq, ad ſummam vigintiquinq, ſcutorum, tam ꝓ vtilitate, quam etiam pro aliis neceſſitatibus dictæ noſtræ Communitatis, per ſcrutinia, & Fabbas, ac ſuffragia, ꝓut infra dicetur in Conſilio publico, prohibentes quod dictum Conſilium ſpeciale modo aliquo poſſit, nec valeat cōducere in hac noſtra Ciuitate, Medicum, nec Magiſtrum gramatices, ſed debeant per Conſilium generale conduci, quod ſi ſecus factum fuerit, ipſo iure ſit nullum, irritum, & modo aliquo talis conductio valeat, nec ſubſiſtat: Addentes quod ſi fortè aliquando omnes prædicti decem & octo Conſiliarij non poterint congregari, tunc DD. Priores habitis ſaltim duo decim eorundem debeant adhibere reliquos ſex homines ciues noſtros de Conſilio loco prædictorum à dictis vero vigintiquinq, ſcutis ſupra, in quibuſuis occurrentiis dictæ noſtræ Communitatis, Magni-

HAYKOBA BIBLIOTEKA OHYЧ ім. В. Стефаника

fici DD. Priores debeant preuiis bandimentis, ac pulsata Campana, cõgregare publicum, & generale Consilium, in quo possint, & debeant interesse omnes Ciues Gallesij Patres familias, & alterius potestati non subiecti, vel maior ex fratribus de familia, insimul permorantibus, dummodo fuerint, & sint orti siue ex patre, siue ex matre Gallesani: Volumus insuper, quod qui vocati fuerint ad consilium speciale debeãt statim post campanam pulsatam, accedere ad palatium DD. Priorum, vbi tale consilium speciale mandamus fieri, & congregari, sub pœna vnius iulij cum dimidio ꝑ quolibet Consiliario, & vice qualibet, applicanda Cameræ nostræ communitatis, & de facto auferenda, nisi iusta causa absentes vel alio iusto impedimento impediti fuerint. Ex qua quidem cõgregatione discedere minime possint, nisi perfecto consilio, sub eadem pœna: Qui autem (præmissis bannis ꝑ consilio generali, & pulsata campana) erunt de consilio, & ad dictum consilium non accesserint, incidãt in pœnam ꝑ quolibet, & vice qualibet, vnius iulij, vt supra auferendi, & applicandi, nisi fuerint absentes, seu alio iusto, & legitimo impedimento vt supra dictum est impediti: Ad quam pœnam tam consilij specialis, quam generalis D. Potestas procedere non possit, nisi ad querelam, & instantiam DD. Priorum. Et ad tollẽdam omnem suspitionem, quæ in consilio generali succedere possit. Volumus quod statim fuerint cõgregati Ciues de Consilio, in numero sufficienti, videlicet saltim ꝑ maiori parte debeant per D. Cancellarium nominatim in consilio describi omnes ipsi conciliarij. Et ipso publico generali consilio congregato & cohadunato, cum interuentu, & præsentia D. Potestatis, D. Cancellarius magnificæ ciuitatis nostræ Gallesij de mandato Magnificorum DD Priorum, debeat coram ipsis Cõsiliariis inuocato prius nomine D. nostri IESV CHRISTI, & dicto Et Nunc Domine Deus Israel, da huic Populo seruo tuo cor docile, vt discernere possit inter bonum, & malum, & sciat reprobare malum, & eligere bonum, & inde alta, & intelligibili voce, clare, ac distincte, & non perpentorie, ac vulgari idiomate ꝑ singula capitula, simplices, & non duplices, vel mixtas positiones ꝓponere, legere, & declarare, ac ita explanare omnia super quibus consilium petitur, vt facillime ab omnibus consiliariis, intelligi, & percipi possint: Quibus ꝓpositionibus lectis, hortetur Consiliarios ipsos ad cõsulendum super propositionibus, & propositis, ad sententiam suam dicẽdum, sine aliqua passione, & omni priuato interesse pospositio, ac humana gratia, sed ad bonum publicum tendere: Quiquidem consiliarij debeant sub silentio ciuiliter permanere, & demum secundum me-

rem reuerẽter arrengum ascendere, & capitium, seu biretum depositũ: Nomine domini inuocato, teneantur, & debeant, suam sententiam dicere, super dictis ꝓpositis, de quibus consilium petitur, neq; alicui consiliario permittatur, vltra quam semel, super vna partita, consulere, & dictus D. Cancellarius teneatur, & debeat, cuiuslibet arrengantis & consulentis, dictum, seu consultam, super qualibet ꝓposita, vulgari idiomate annotare, & scribere: De quibus vero dictis, & consultis Magnifici DD. Priores debeant eligere vnum dictum, & consultam, ꝑ vt melius eis videbitur, & placebit, & ponere ad scrutinium, & partitum inter dictos Consiliarios per Fabbas, seu palluctas (ꝑ vt hactenus seruatum extitit) & ante quàm dentur Fabbe, seu pallucte D. Cancellarius debeat publice, alta & intelligibili voce, significare, & dicere ipsis consiliariis, qualiter Magnificis DD. Prioribus placuit ad scrutinium ponere dictum, & consultam talis consulentis, quam consultam immediate replicare, & legere teneatur: Dicendo quod quicunq; voluerint eandem consultã approbare, & illam exequi debere, ponant Fabbam, seu palluctã in bussulo albo del sic nuncupato, qui aliter senserint, & id fieri noluerint, ponant Fabbam, seu palluctam in bussulo nigro del non sic dicto, & ita dari suffragia mandando, dentur Fabbe, seu pallucte per Sindicum Magnificis DD. Potestati, & Prioribus, aliisue officialibus ibidem assistentibus, & de inde ceteris consiliariis per præconem, seu castaldum (vt solitum est) & simili modo respectiue recolligantur. Quibus sic recollectis, alta & intelligibili voce, per eundem Sindicum numerentur, pro vt hactenus consueuit. Et quicunq; immiserit fabbam, seu palluctam suam (suffragium prestando) teneatur mittere ambas manus per bussulam, & in vna ponat fabbam, seu palluctam, occulte ad eius libitum, & si secus fecerit incidat in pœnam vnius scuti ꝑ quolibet contrafaciente applicandi vt supra in præsenti capitulo dispositum fuit; Et ad obtinendum partitum, Volumus, & mandamus quod tunc intelligatur victum, quando, reperientur in bussulo albo ꝑ si duo tertia fabbarum, seu palluctarum, in ipso positarum, per supradictos Magnificos dd. Potestatem, Priores, aliosue officiales, & consiliarios, & sic victum obtentum & deliberatum volumus exequi, & executioni mandari, ac per inde si esset decretatum à tota nostra Magnifica communitate, & vniuerso populo, in omnibus & quibuscunq, negociis introitibus, & exitibus communis prædicti ordinariis, & extraordinariis succedentibus, dummodo quòd non sit cõtra iustitiam, vel formam præsentium statutorum. Et si non fuerit legitime victum, vt supra per fabbas, seu palluctas, in sufficienti numero, sit

nullum, pœnitus, & inualidum, quod sibi locum vẽdicari volumus tam in speciali, quam in generali consilio. Declarantes quod Magnifici dd. Priores in negociis communitatis expediendis, tam in congregando consilium generale, quam speciale, & eligendo dicta, & consulta, si non erunt omnes concordes, maior eorum pars sufficiat, ad eadem exequẽda, & expedienda, dummodo quod non sit contra ius, cõtraq, bonum publicum, & formam præsentium statutorum. Et ne in huiusmodi nostris cõsiliis aliqua cõtentio oriri possit. Decernimus quòd si aliquis congregatus, ausus fuerit disturbare, seu aliquem rumorem inciuiliter facere, incidat in pœnam vnius scuti, ꝑ quolibet contrafaciente, & vice qualibet, applicanda cameræ nostræ communitatis. Pariterq; volumus, & sancimus quod nemo in dictis consiliis possit interuenire quando contigerit ipsum habere aliquod priuatum interesse, nisi quantum exposuerit, & dixerit causam suam, sed de inde inmediate recedat, & quãdo nollet recedere D. Potestas ad requisitionem dd. Priorum ipsum teneatur licentiare. In quibus etiam consiliis decernimus, et prohibemus, quod Magnifici dd. Potestas et Priores non possint ꝑ eorum interesse, aliquid in consilio ordinare, nec proponere, pro se ipsis, et eorum familia, et si secus factum fuerit, ipso iure non valeat, nec teneat. Et si attentauerint aliquas res in eorum fauorem facere, incidant in pœnam duorum scutorum, pro quolibet, et vice qualibet, applicandorum vt supra nostræ communitati.

De modo regendi et administrandi Res publicas, prouentusq; et introitus nostræ Magnificæ communitatis affictandi. cap. 34.

CVM Deo optimo Maximo (Beati Famiani nostri patroni intercessione) (iustitia mediante) placuerit, quod Magnifica communitas nostra à Sancta Sede, et Reuerenda camera Apostolica, ipsius Cõmunitatis prouentuum, introituum, antiquarumq; preheminẽtiarum pristinam possessionem, et reintegrationem obtinuerit. Volẽtes insuper prouidere vt dicta bona, et prouentus fideliter administrarẽtur, et manutenerent, eadẽq; perpetuis futurisq; tẽporibus salua fore iudicauerimus, modum esse inueniendum, et regulam, quibus ipsa decenter regerentur. Et propterea confidentes de fide, doctrina, sapientia, prudentia, et amabilitate Magnifici, et Eccellentis Legum Doctoris domini Antonii Massæ patritij nostri Romæ commorantis, cuius fœ-

me. pietatem erga nostram patriã, semper experti fuimus, ab eodem reportauimus regulas, ordinamenta, et capitula, quæ iam in publicis nostrorum comitiorum actis sunt redacta, et hactenus fuerunt et sunt pœnitus obseruata. Nos autem attendentes dicta capitula et ordinamenta multum nostræ communitati prodesse et quòd pariter expediuerit à posteris nostris eadem summa fide et diligentia obseruari decernimus. Volumusq; capitula ipsa eodem vulgari idiomate quo nobis ꝑ omniũ faciliori intelligentia tradita fuerunt, à prælibato Magnifico D. Antonio, hic infra referri, & tanti hominis authoritatisq; eiusdem memoriam recolendo, inuiolabiliter seruari, & exequi mandauimus & mandamus.

O Antonio Massa Visto la Commissione datami per publico decreto dalla mia Communità di Gallese sopra il fare alcuni capitoli concernenti il buon gouerno del entrate del Commune, & volendo come figliolo d'obedientia, & come amator della pace, quiete, & trãquillità della patria, exequire quanto mi e, stato ordinato. Inuocato il nome del Nostro Signor Iesv Christo, & della sanctissima Trinità, & doppo hauerci sopra assai pensato, & hautone ancora diuersi ragionamenti con alcuni miei Amici pratichi nelli gouerni delle Citta di, mi so risoluto nelli infrascritti Capitoli, quali à me sonno parsi assai conuenienti, rimettendomi sempre al giudicio de piu sauij.

PRIMO Per fuggire l'inconueniente, che chi gouernarà le dette robbe in nome della Communità non se ne vsurpi, ò dia causa ad altri d'usurparne, ò dia occasione di suspicare, che se sia vsurpato qualche cosa, pare conueniente si statuisca, che dette robbe non si possano tenere mai à mano di essa Communità, ma si debbiano affittare, & li affitti sempre si facciano à danari, & non à frutti, ò altra spetie, & questo s'intenda tanto di Rustica, delli Molini, del Porto, & della Gabella cose solite ad affittarsi, quanto che delle altre cose solite da affittare, per le raggioni che di sotto si diranno.

ET Perche nelli affitti dasarsi non si commetta fraude, si stabilisca, che tutti li affitti si debbiano fare in qualche di di festa, accio sia nella città piu gente, & si debba bandire per otto giorni prima, come il tale affitto si ha da fare in tal giorno, & à tal hora, & poi il giorno, & hora di

HAYKOBA BIBLIOTEKA OHY IMENI M. HEUSHKOBA

terminata, si faccia in piazza publicamente con la candela accesa (secõdo il solito) & se dia al piu offerente.

Dechiarando che nessuno possa offerire se non per se stesso, o per altre vna o piu persone da nominarsi expressamente in quel atto, & chi volesse poi nominare, ò dire hauere offerto per altre vna, ò piu persone, oltre se stesso, & quelli che all'hora harrà nominati, non sia admesso à tal nominatione, & caschi in pena di vinticinque scudi, da applicarsi alla nostra Communità, & da exigersi ad instantia del Sindico intra spatio di vinti giorni, altramente esso Sindico incorra in pena di altri e vinti scudi da exigersi da lui in fin del suo offitio, & che nelli offerenti, nelli nominati possano esser persone Ecclesiastiche, ne Baroni, ne altre persone potenti, ne difficile da exigersi, & offerendo, o essendo nominate persone tali non siano admesse, & admettendosi, di fatto li Signori Priori, che l'admetteranno siano tenuti al Commune alla pena di cento scudi, & ad ogni danno, & interesse che ne venisse, & che quello, ò quelli (se piu serranno, alli quali come piu offerenti, restarà l'affitto, debbiano per tutto quello, o il sequente giorno dare segurtà idonea di pagare il prezzo de affitto nelli termini conuenienti, & del dare questa securtà niuno si possa scusare, quantunque se sia ricco, & facultoso!, & che non sia lecito ad alcuno di far collatione, o altro trattato sopra il modo del offerire, ma che ogniuno offerisca da se stesso liberamente senza fraude alcuna, & chi contra farrà, possa ad arbitrio della communità esser rimosso dal affitto, & sia tenuto alla Communità à danni, spese, & interesse, & niente dimeno incorra alla pena di cinquanta scudi, da exigersi come di sopra & resti perpetuamente inhabile à poter mai piu offerire in alcun altro affitto di qualunque cosa da farsi per la Communità: Et piu che quelli che si trouaranno hauere l'affitto, siano forzati continuarlo con quelli medesimi modi, & patti, & prezzi, per insino à tanto si ritroui chi offerisca partito migliore, ò al meno pari, & le segurtà da darsi come di sopra, s'intendano anche per questo:

ITEM che l'affitto del Porto, de le Gabella, dello Molino di Rustica, delli extraordinarij, & danni dati, non si possano fare per piu di vnanno o doi al piu, ma di Rustica, & altri affitti, si possa fare per tre anni, o cinq; al piu, & si piu si facessero non vagliano.

ITEM Per che potria occorere che qualche d'uno incurresse in pena di danni dati, ò extraordinarij, per qualche honesto rispetto fosse degno di qualche

qualche gratia, laquale verisimilmente dal affittatore non si potria ottenere, & non par conueniente, che la Cõmunità si priui in tutto di poter fare simili gratie, per cio in qualunque affitto s'intenda riserbata ad essa cõmunità la facultà di poter far gratia, ma acciò che la speráza de la gratia nõ dia ardire ad alcuni di peccare, & ancora accio che dal modo di far esse gratie, non nasca qualche disordine: S'ordina che nel fare della gratia, non si possa passare il terzo della quantità di tutta la pena, & che per insino alla somma di vn scudo, la gratia si possa fare per li Signori Priori, o quattro di essi, che in ciò siano d'accordo, ma da vn scudo in su, la gratia non vaglia, se non e proposta, & venta in consiglio generale per bossola, & ballotta al manco per li doi terzi delle persone, & consiglieri che in cio interueranno.

ITEM Per che dalli affittatori per il tẽpo passato del Porto sonno stati fatti molti mali portamẽti, & stranezze alli viandãti, & n'è risultato infamia nõsolamẽte al Porto, ma anche à tutta la Città, cõ pericolo di venir ne molti disordini: Perciò si statuisce, che nelli affitti si faranno, si debbiano distinguere particolarmente, li prezzi & li modi di tutte le stagioni, & di tutti li tempi, & li affittatori si oblighino d'osseruarli precisamẽte, & seruir con piaceuolezza, & gratitudine, sotto la pena che al'hora si exprimerà, da incurrersi ogni volta che serrà contrafatto, della qual pena, la metà sia della Communità, vn quarto al Signor Podestà che ne farà l'executione, & vn quarto del accusatore, ilquale sia tenuto segreto, acciò che piu persone si piglino cura di starci aduertite, & occorrendo ne faccino l'accusa, & tal pena si possa exigere ancora dalle securtà delli affittatori.

ITEM Perche il buon regimento procede principalmente dalli buoni officiali conciosia cosa che li buoni ordini da se stessi puoco valeriano se non fusse chi li exequisse, per cio, e necessario hauer cura che per il gouerno delle robbe prederte, si deputino persone idonee, & per che sono necessarie al manco doi persone: Si ordina che vno sia il Sindico ordinario solito crearsi annualmente, l'altro sia vn Depositario, & che l'uno, & l'altro siano persone maggior di età di vinticinque anni, & litterati al meno tanto, che sappino da se stessi al meno leggere, & scriuere, & tener li conti appertinenti al suo officio, & quando entrano in officio non siano in alcun modo debitori al Cõmune, & oltra la propria obligatione, l'uno, & l'altro prima che entrino in officio debbiano dare se-

HAYKOBA BIBLIOTEKA OHY IMENI I. MIKLENOBA

gurtà de bene administrare, & render buon conto, del introito, & exito ogni quattro mesi, cioe, la prima settimana di ciascun priorato, & in fin del l'anno di pagare in continente, & senza dilatione, tutto quello che ciascuno di essi saranno trouati debitori.

ITEM Che al officio del Sindico spetti saldar conti con tutti li debitori, & creditori del Cummune, & far instantia di riscuotere dalli debitori & hauer cura di sadisfare à li creditori, & quello riscuoterà, far pagare in mano del Depositario, facendo scriuere nel suo libro di mano di esso Depositario come haue riceuuto tanto, & di quello si hauerrà da pagare, ne faccia bollettini alli creditori diretti al Depositario che li paghi, & cosi esso Depositario con detti bollettini, & secondo il tenor di essi pagarà, facendosi dalli creditori pagati far quietanza, à tergo delli bollettini, & pagando altramente, non li siano fatti buoni alli suoi conti, & in fin del anno fatto li conti il Depositario vecchio debbia consignare al nuouo Depositario p tutta la prima settimana di Gēnaro, tutto q̄llo gli restarà in mano se ci sarrà auanzo, & li conti predetti, tanto del Sindico, come del Depositario, in capo dell'anno si debbano riuedere per tre huomini litterati, & pratichi di conti, da elegersi à questo effetto insieme con li Signori Priori, & questi tre huomini si chiamino Raggionieri, & nessuno di questi officiali cioe, Sindico, Depositario, & Raggionieri, possa finito l'anno di questi officij esser confirmato, ne di nuouo eletto ad alcuno di questi officij, se non per spatio almeno di tre anni doppò.

Antonio Massa manu propria &c.

De Elemosinis faciendis, & Missis celebrandis cap. 35

STATIMVS & ordinamus, quòd DD. Priores suis congruis temporibus, annuatim debeant ꝓ elemosina dare iulios semptē cū dimidio, venerabilibus Religiosis, & Fratribꝰ existētibꝰ in conuentu .S. Benedicti Ciuitatis nostræ, & alios duodecim Reuereñ. Patribus Cappucinis cō morantibus in conuentu sancti Francisci de Colle, extra nostram Ciuitatem: Et die primo Iunij, ac die decimo nono Iulij celebrari facere missam solemnem primam in Ecclesia Cathedrali sanctæ Mariæ secundāq; in ecclesia sancti Famiani, & debeāt ꝓ elemosina vltra dictas missas, dare de pecuniis dictæ communitatis pauperibus iulios septem cum dimidio, videlicet quolibet prædictorum die: In festo vero sancti Benedicti ac sancti Angeli de mense Maij offerre Torcias albi Cerei solitas: Pariterq; cuilibet canonico nostro, seu altero presbytero, seu Fratri nouam missam celebranti, offerre debeant vnā torciam cū vno scuto, in tot paulis seu grossis argenteis, ibidem affixis. Societatiq; Sancti Famiani scuta septem cum dimidio, & societati sancti Sebastiani tria, nec non cōtribuere in festiuitatibus ipsis ad solutionem brauiorum, ꝓ rata, aliaq; subsidia, salis, & rerum necessariarum, ꝓ vt alias maiores nostri consueuerunt & alia etiam facere in futurum, ꝓ vt in dies oportuerit, & M. DD. Priori bus, & consulentibus placuerit. Et si in præmissis dicti DD. Priores fuerint negligentes incidant in pœnam ꝓ puolibet & vice qualibet vnius scuti communitati nostre applicandi. Mandantes insuper quod dicti dies scilicet primus Iunij, & decimus nonus Iulij, venerentur custodiantur, & obseruentur sicuti dies Dominici, & aliorum nostrorum sanctorū Aduocatorū.

Quod DD. Priores teneantur videre terminos, & confinia. cap. 36.

STatuimus, & ordinamus qod vltimi DD. Priores in die sancti Thomæ, seu alio eisdem magis commodo die in mense Decembris, debeant reuidere totum Circuitum agri, seu Territorij Gallesani, & recognoscere omnes Terminos existentes in nostro Territorio, inter nos, & conuicinos: Et si aliquam inuenerint differentiam, vel Terminorum amotionem, referre eam debeant in Consilio speciali, ad effectum prouideri possit, pro vt necesse atq; expediens erit. & dicto Consilio visum fuerit, & contra facientes præfati Domini Priores, incidant inpœnam duorum scutorum pro quolibet, & vice qualibet Cameræ nostræ Communitatis applicandorum vt supra.

De Libris consignandis Domino Potestati, per Dominos Priores. cap. 37.

STATVIMVS, ET ordinamus, quòd DD. Priores Ciuitatis nostræ Gallesij pro tempore existentes, debeant sub vinculo iuramenti, & pœna vnius scuti pro quolibet ipsorum Cameræ Communitatis nostræ applicanda, in principio cuiuslibet semestris, tradere, & consignare D. Potestati Ciuitatis Gallesij tres magnos libros ligatos, & coopertos, Vnum pro scribendo acta ciuilia, alium acta chriminalia, alium vero pro damnis datis, & extraordinariis, & quatuor in quinternos cartarum quolibet quadrimestri & Prioratu, ꝑ cõficiendis Bastardellis & bullectis, & ad aliud DD. Priores ꝑfati, sindicus et cõmunitas nostra non teneantur, alias si secus factum fuerit, Priores, & Sindicus de eorum ꝓprio cõmunitati nostræ resarcire debeant, & teneantur.

FINIS.

Primi libri Statutorum Ciuiliũ Ciuitatis Gallesij Laus & honor sit CHRISTO Crucifixo.

PAVLVS Politus Scribebat.

LIBER SECVNDVS STATVTORVM CIVILIVM

De modo procedendi in Ciuilibus.

Capitulum primum.

AD TOLLENDAS Litium immortalitates, & pro euidenti omnium vtilitate: Statuimus, & ordinamus quod D. Potestas Ciuitatis nostræ Gallesij, teneatur quolibet die iuridico residere ad bancum iuris, ad ius reddendum vsq; ad horam tertiarum, preuio sono campanæ (vt supra dictum est) & cuilibet petenti iustitiam administrare: Et Castaldus vno die ꝓ alio in causis ciuilibus debeat citationes facere ad instãtiam cuiuscunq; & si Reus citatus non comparuerit, in hora iuridica, actor accuset contumaciam ipsius, & castaldus Reo contumaciã notificet, de qua notificatione cõstet in actis. Et si quantitas petita erit à duobus scutis infra, possit reus infra terminum trium dierum comparere ad respondendum, & ab inde supra possit comparere infra terminum sex dierum hora iuridica, & refectis prius omnibus expensis admittatur ad responsionem, & defensionem (citata prius parte aduersa) Et si reus citatus foret, extra ciuitatem, & eius territorium, D. Potestas assignet ipsi terminum suo arbitrio secundum distantiam loci ad comparendum, & respondendum. Et si reus in termino assignato non comparuerit. D. Potestas ad requisitionem actoris sine aliqua alia sententia executionem faciat cõtra dictum reum, modo & forma ꝓ vt inferius disponetur. Et si reus comparuerit, & confessus fuerit, D. Potestas assignet sibi terminum octo dierum vsq; ad sũmam trium scutorum, ab vno scuto infra, procedat summarie, & cogat reũ statim ad soluendum ad requisitionem actoris, à tribus scutis supra vsq, ad decẽ det terminum decem dierum, & ab inde supra vsq; ad quamcunq; quantitatem, & summam, quindecim dierum ad soluendum. Et si infra dictum tempus non soluerit, tunc potestas ad requisitionem actoris, faciat executionem contra reum primo in rebus mobilibus secundo in stabilibus, tertio in nominibus debitorum, & assignẽtur creditori pignora, quæ si erunt res mobiles, teneat quinq; dies, & si stabilia quindecim dies. Et si ipse Reus infra dictum tempus ipsa pignora non recuperauerit, tunc D. Potestas ad requisitionem præfati actoris, faciat ter dicta pignora bandire, quicunq; ea emere vult, & dentur plus offe-

HAYKOBA BIBLIOTEKA OHY IMENI M. HEJNOBA

renti,&si ipsis pignoribus nullus obtulerit ꝑ illis emendo,tunc D. Potestas faciat ad minus ꝑ duos,ex DD. priorib⁹ eligere duos peritos,& idoneos ad estimandum dicta pignora. Quiquidem periti sic electi, debeãt medio iuramento illa estimare,& habeant ꝑ qualibet ipsorum intus ciuitatem baiocchos duos,extra vero ciuitatem Gallesij habeant duplum & ꝑ eodem precio per præfatos peritos estimato, dentur pignora actori in solutum,& sibi per D. Potestatem ex primo & secundo decreto adiudicentur. Volumus etiam quod Reus tam ab actore,quam ab emptore possit dicta pignora recuperare infra decem dies à die adiudicationis facte,si quantitas fuerit à decẽ scutis infra,ab inde supra,infra dies quindecim. Statuimusq; & decernimus,quòd si dicta pignora ablata non fuerint valoris pecuniarum,vel rerum petitarum,statim D. Potestas teneatur facere aliud pignus,& modo prædicto estimare faciat, cum aliis pignoribus,sine aliquo termino,vel dilatione. Et si Reus non haberet bona vnde possit soluere,tunc D. Potestas ipsum personaliter cogat, ad soluendum,& nunquam eum relaxet,donec satisfecerit id quod creditori tenetur. Et si reus comparuerit,& negauerit, D Potestas assignet terminũ quinq; dierũ actori ad ꝓbandũ suã petitionem. Et seruatis seruandis vt infra causam debeat per sententiam condemnatoriam,vel absolutoriam terminare. Et volumus quod actor soluat ꝑ capitibus solidorum cameræ nostræ Communitatis,quatrenum vnum ꝑ quolibet iulio. Mandantes insuper quod D. Potestas teneatur per Castaldum notificari facere Reo pignus ablatum,uenditum,& creditori datum. Et simili modo inuestimenta facta,& relationem castaldi scribere faciat pœnes acta ciuilia,& dicte castaldi relationi credatur. Et si potestas secus fecerit,incidat in pœnam duorum scutorum,sibi de eius prouisione mense quolibet vt supra retinendorum.

ITEM volumus,& mandamus, quòd quilibet sine libello possit vsq; ad summam quinq; scutorum à quolibet debitore potere verbaliter, & Reus nõ possit opponere exceptionem ineptitudinis,dummodo quod petitio sit tam clara,quod ex lectura ipsius constet intentio creditoris, & causa vt supra terminetur,& D. Potestas non possit vltra dies tres dare terminum partibus,vt lis terminetur,nisi ex iusta causa, & impedimento partis euenerit,tunc D. Potestas possit suo arbitrio dare dilationem, & in probationibus non possit vltra quinq; dies dare terminum ad ꝓbandum.

ITEM volumus,& ordinamus quod à dictis scutis decem supra, possit

Reus ab actore petere libellum,& copiam sumptibus actoris, & detur Reo terminum trium dierum ad respondendum,& opponendum: Et si Reus comparuerit,& negauerit petitionem, Potestas det terminum actori ad probandũ suam petitionẽ,quinq; dierũ. Et si per actorem petita fuerit prima,secunda,& tertia dilatio,potestas (causa cognita) teneatur illi dare,non excedendo terminum octo dierum,in totum,& similes dilationes dentur Reo(si eas petierit) & si in causa partes voluerint replicare,duplicare,triplicare,& quatruplicare: Potestas det illis terminum duorum dierum pro qualibet vice,nisi ex iusta causa pars impedita,& si fuerit potestas eo casu det dictas dilationes petenti,& seruatis seruandis publicet processum,& assignet terminum partibus sex dierum ad accipiendum copiam,& opponendum contra processum, & cõcludatur in causa: Et per sententiam condemnatoriam,vel absolutoriam finiatur, ac terminetur per eundem D. Potestatem, & victum victori in expensis condemnetur.

ITEM volumus,& hoc nostro statuto sancimus quod D. Potestas semp (exceptis diebus feriatis ad honorem Dei) ius & iustitiam administrare possit, & valeat,ac debeat vsq; ad vnum scutum, vt dictum est, & Reus ꝑ dicta quantitate,non possit offerre pignus,sed statim cogatur ad satisfaciendum,& soluendũ creditori in pecunia numerata, & nõ in aliorum bonorum specie.

De contestatione Litis. cap. 2.

STATVIMVS & ordinamus quòd partes litigantes coram D. Potestate ciuitatis nostre Gallesij, in quadruplicatione debeant litem cõtestare,& si noluerint,potestas cogat ipsas partes ad statim litem contestandam,& si eam contestare recusauerint,potestas ipse sine aliqua tẽporis dilatione,pronunciet litem esse contestatam,& valeat, & eiusdem roboris sit,ac perinde si per partes contestata esset. Volumus etiam quod si actio esset tempore peritura,quod illo tunc, potestas possit, & debeat abbreuiare terminos,& in causis duorum scutorum, & ab inde infra,siue lite contestata siue non,pronuncia vel sententia potestatis ꝑ pterea non reddatur nulla.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

De Sacramento Calumnie præstando. cap. 3.

STATVIMVS, & ordinamus, quòd D. Potestas Ciuitatis Gallesij teneatur & obligatus sit vinculo iuramenti, statim post quam fuerit lis cõtestata, in causis dare partibus litigantibus iuramentum calumniæ quæ partes teneantur iurare, & si talia facere recusauerint, & fuerit actor, perdat omnem actionem habentem contra reum, & si fuerit reus, habeatur ꝑ condemnato, & ille nolens iurare, reficiat expensas iurare volenti, sine aliqua exceptione, & sine iudiciis declaratione, & hoc sit ratum, & obseruetur, & D. Potestas nihil recipiat pro tali iuramento, calumniæ, & nihilominus admittatur tale iuramentum, processus non sit nullus, nisi pars insteterit aduersarium de calumnia iurare debere.

Quod Aduocati, & Procuratores, se subscribant, in causis, & pars, Aduocati, & Procuratores non offendantur. cap. 4.

PROVIDEMVS Insuper quòd Aduocati, & Procuratores in principio cuiuslibet litis, scilicet in productione libelli, & in exceptionibus producendis contra libellos, se subscribant in primo actu tãtum, ad hoc vt eorum nomina notificent. Et si dictæ scripturæ nõ fuerint subscripte prædicto modo D. Potestas non possit, nec debeat ipsas scripturas admittere, & ipso iure acta sint nulla, & ꝑ nullis habeantur. Addentes quod si quis partem aduersam, seu eiusdem Aduocatos, vel Procuratores percusserit, seu verberauerit, etiam sine sanguine, vltra pœnam impositam in præsenti statuto in Chriminalibus, perdat litem suam, & ab omni iure suo, & causa præfata omnino cecidisse decernimus.

De executione publicorum Instrumentorum. cap. 5.

STATVIMVS, & ordinamus quod ꝑ debito exigendo cuiuscunq; quantitatis, vel rei cõsistentis, si coram D. Potestate fuerit productum aliquod instrumentum publicum scilicet instrumentũ dotis, mutui depositi, Testamenti, Codicilli, & similia, non suspectum, non abolitum, non cancellatum, debeat illud loco petitionis, & libelli admittere, & executioni mandare infrascripto modo videlicet, D. Potestas assignet terminum Reo quindecim dierum ad soluendum, si instrumentum erit liquidatum, & si non erit liquidatum, det terminum producenti quinq; dierum ad illud liquidandum, & modo prædicto sine aliqua sententia

executioni

executioni ad statim mandetur. Addentes quod si Reus copiam perierit cuiuscunq; Instrumenti loco libelli, & petitionis producti, nõ possit nec debeat illam habere, nisi ipsius rei sumptibus, & non alias aliter, nec alio modo.

ITEM volumus, & ordinamus, quód nemo possit facere exceptionem contra instrumentum modo præfato productum, nisi de solutione, falsitate, transactione, nouatione, & pacto de non repetendo. Et si reus tales exceptiones fecerit, & eas non probauerit legitime, statim incidat in pœnam quinq; scutorum camere nostri communis applicandorum, & D. Potestas cogat ipsum reum ad soluendum sine aliquo ꝑcessu, & solemnitate, & instrumentum executioni mandet.

De debitore suspecto capiendo, & sequestris fiendis cap. 6.

STATVIMVS, & ordinamus, quòd si aliquis tam de nostra ciuitate quam forensis fuerit suspectus de fuga, quod non haberet, hic in nostra ciuitate, & eius territorio res stabiles, & suam post debitum contractum deteriorauerit conditionem, D. Potestas ad requisitionem petentis, & creditoris constito summarie, saltim semiplene de credito, etiam parte non citata, teneatur cogere talem suspectum allegatum, & capi facere, ipsumq; non relaxare, donec fideiussionem præstiterit de soluẽdo petita, & credatur iuramento creditoris si erit suspectus: Et si per curiã inueneretur talem detemptum ad fideiubendum non esse suspectum: tunc D. Potestas cogat allegantem suspectum, ad soluendum pœnam quinq; scutorum, applicandorum Camere nostri Communis de facto, omni iudiciario ordine prætermisso. Et si D. Potestas de dicta pœna non fecerit executionem, incidat in eadem pœnam sibi retinendam de eius prouisione mense quolibet, & applicandã vt supra, & si talis suspectus non inuenerit fideiubsionem D. Potestas ad requisitionem creditoris eundem carceret, & nunquam eum dimittat donec integraliter satisfecerit id quod debet creditori, vel fideiubsionem præstiterit, & creditor teneatur carceratum gubernare sumptibus ipsius carcerati, & D. Potestas ꝑ eius mercede habeat, & habere possit, tantundem ꝑ vt supra in taxa ꝑ tale detemptione, & captura, & si suspectus de fuga aufugeret de carcere, culpa, & defectu D. Potestatis, & curie teneatur ipse D. Potestas soluere creditori, omne id, & totum quod dictus carceratus teneretur eidem creditori. Et si dictus suspectus haberet res stabiles in ciui-

M

HAYKOBA BIBLIOTEKA ONLINE

tate Gallesij, vel debitores pecuniarum vel rerum D. Potestas ad requisitionem creditoris ipsa bona sequestret, vel pœcunias, & res, & ipsis præcipiat vt non soluant sine licentia curiæ, vel creditoris, & si debitor suspecti mandata non obseruauerit D. Potestas iterum ipsum cogat quantitatem sequestri soluere illi, ad cuius instantiam fuit factum sequestrum.

De Iuramento Litis decisiuo. cap. 7.

QVIA Maximum dirimendarum Litium remedium est iuramentum: Prouidemus, statuimus, & ordinamus, quòd si aliquis actor voluerit reo mictere ad partitum suam petitionem, aut iuret, aut referat iuramentũ si ipsi teneturin summa petita, vel ne, & sic e contra, si reus miserit Partitum actori, & si reus recusauerit iurare D. Potestas deferat iuramentum actori, & suo iuramento credatur in omni quantitate, & cogat reum, & recusantem partitum, ad soluendum quantitatem petitam, & expensas, statim absq, aliqua alia sententia, vel pronuncia. Et sic è cõtra, si actor recusauerit reo faciente partitum, reus absoluatur, & actor in expensis condemnetur. Declarantes insuper quod prestito, & suscepto dicto iuramento decisiuo, tam ab actore, quam à reo, nullam ipsarum partium amplius audiatur, neq, ad aliquam aliam reprobationem, seu reseruationem admittatur, sed iurans solum Deum habeat vltorem.

De Iuramento Actoris cum vno Teste cap. 8.

STATVIMVS & ordinamus, quòd si quis ab altero petierit aliquam pœcuniarum quantitatem, vel rerum, & non habuerit nisi vnicum testẽ fide dignum, credatur, & detur fides illi testi cũ iuramẽto actoris vsq, ad summam duodecim iuliorum, etiam si petitio fuerit vltra dictam summam, & D. Potestas vt supra in præmissis summarie procedat.

De Lite mittenda ad Consilium Sapientis cap. 9.

STATVIMVS & ordinamus, quod si aliqua pars litigantium, petierit à D. Potestate quod causa tota, vel pars mittatur ad consilium sapientis teneatur ipse potestas partem aduersam cogere ad mittendum causam vel partem causę ad consilium sapientis non suspecti, cum actibus causæ & pars petens teneatur deponere consulturam, sumptibus perdentis, & iuxta dictum consilium D. Potestas pronunciet, & sententiam pferat.

Quomodo & quando intelligatur debitum præscriptum. cap. 10.

VOLVMVS, & ordinamus, quod omnis actio, & omne ius inter præsentes, præscribatur spatio decem annorum, & inter absentes per quinquaginta miliaria, ab inde infra, spatio viginti annorum, præscribatur, nisi fuerit actio dotalis, vel de qualibet actione cõstet publico instrumento, vel scriptura manu debitoris, contra minores etiam habentes tutores, & curatores, & ecclesias, locaq; pia & contra absentes spatio quinquaginta miliarium præsens statutum locum non habeat.

De scripturis priuatis. cap. 11.

ALtercationes & dubbia, quæ in fide danda scripturis priuatis, oriri solent amputare cupientes. Statuimus, & ordinamus, quod si qs produxerit aliquam scripturam priuatam, quãcunq, quantitatem continentem, fidem faciat contra debitorem, in omni quantitate, si fuerit dicta scriptura sua manu notata, dummodo talis scriptura verificata fuerit, per confessionem talis scribentis, seu per recognitionem à fide dignis, si autem fuerit scripta manu tertie persone priuate, & non publice, habeat duntaxat fidem vsq, ad summam duorum scutotum, & non vltra.

De fide danda Libris Mercatorum, & Artificum. cap. 12.

QVONIAM Ars mercature est valde lealis, & vt plurimum à Viris liberis, atq, industriosis, & bonæ conditionis, & famæ exerceatur, expeditq; in ciuitate p omnium ciuium commoditate, merces mercaturasq; abundare. Ideo statuimus, volumus, & ordinamus, quod idem Mercatores debeant habere libros magnos bene compaginatos, & manu autentici Notarij approbatos, & assignatos in eorundem prætitulatione, in quibus Mercatores ipsi debeant fideliter cum appositione dierũ, postas, & partitas ipsorum creditorum, & debitorum, & e contra decenter adnotare, seu manu alicuius eiusdem fidi adnotari facere, & tunc dictis libris rationum, & mercaturæ, detur fides plenissima in quacunq; quantitate, cum iuramento suppletorio eorundem Mercatorum.

ALIORVM vero Artificum quorumcunq; dignorum, & bonæ famæ, scripturis, & libris quibuscunq, tam eorum manu, quam aliena descriptis, & cum ipsorum iuramento comprobatis, fidem adhiberi volumus vsq, ad summam scutorum duorum.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

Quod Curia non possit aliquem in sua habitatione capere. cap. 13.

AD Bonũ Ciuium nomen conseruandum, Statuimus, & ordinamus quòd D. Potestas nostræ Ciuitatis, & eius officiales non possint, nec debeant aliquem in sua propria habitatione, & iurisdictione ꝓ debito ciuili capere, sub pœna quinq, scutorum Camere nostræ communitatis applicandorum & de eius prouisione auferendorum, & retinendorum, & nihilominus si ceperint aliquem debeant ipsum relaxare, & in pristinam libertatem reponere, sub iam dicta pœna, & non possit curia vllo modo pro debito ciuili retinere, vel sequestrare aliquem captum ex causa chriminali.

Quod creditor solutus, & satisfactus, debitorem quietare teneatur. cap. 14.

STATVIMVS, & ordinamus, quòd si aliquis fuerit creditor alicuius ꝓ quacunq, quantite pecuniarum, vel aliarum rerum, quomodocũq, & de ipsis pecuniis vel rebus, fuerit integraliter satisfactus, teneatur ad requisitionem soluentis facere idoneam refutationem, & quietantiam, ita & taliter, quod à dicto debito, sit absolutus, & liberatus, & D. Potestas ad requisitionem cuiuslibet petentis cogat creditorem, ad quietandum debitorem soluentem.

De Tutoribus, & Curatoribus dandis. cap. 15.

STATVIMVS, & ordinamus, quod quelibet persona coniunta pupillis, possit pro illis petere dari Tutores, & Potestas ad requisitionem coniunctæ personæ petentis, teneatur dare, & deputare Tutores magis idoneos de consanguineis pupillorum (si erunt) sin autem ex actinentibus proximioribus ex latere materno: Et si mater pupillorum seruauerit vitam vidualem, & steterit in familia cum suis filiis pupillis, debeat ipsa esse Tutrix (si voluerit) cum altero Tutore ex parte Patris, & bona pupillorum pœnes se tenere, de quo actu debeat fieri instrumentum per publicum Notarium, vel per manus officialium Curiæ, & Tutores sic electi debeant conficere inuentarium per manus publici Notarij huiusce nosttæ ciuitatis, fideliter de omnibus bonis pupillorum, & inde reddere rationem tempore à iure præmisso præstita prius idonea fideiussione de bene administrando, & de iure reddendo. Et similiter dicimus, & Vo-

lumus, quod si quis petierit dari curatores maioribus quatuordecim annorum, minoribusq; viginiquinq;. D. Potestas teneatur simili modo dare dictos curatores, & pariter recipiat idoneas cautiones, vt minorum bona seruentur. Eadem volumus obseruari in curatoribus dandis furioso mente capto, & prodigo, ac aliis personis, quibus de iure curatores dari solent, ac etiam in curatoribus specialiter dandis ad lites, & causas.

De Pignoribus Conuentionalibus. cap. 16.

STATVIMVS, ET ordinamus, quòd si aliquis teneret ab aliquo quod uis pignus cuiuslibet rei mobilis, ꝓ quacunq, denariorũ quantitate, elapso termino ad exigendũ, si illud amplius noluerit detinere, requirat D. Pignoris in curia, vt ipsum pignus reluat, & recuperet, infra termino quindecim dierum, quod si talis pignorans infra dictum tempus recuperare neglexerit, D. Potestas dicto termino elapso, ꝓnunciet quòd dictum pignus vendatur, per subastationem pro vt supra dictum est, pariter & adiudicetur plus offerenti, aut ipsi creditori per æstimationem vt supra dispositum fuit.

De Pignoribus dotalibus. cap. 17.

ATTENDENTES Quòd sepe sæpius contingit aliquem Ciuẽ nostrum constituere dotalia pignora, propterea ordinamus, quod si aliquis teneret ꝓ pignore dotali aliquas res stabiles, & vellet de eis se expedire. Hac lege sancimus, & ordinamus, quod stãte matrimonio, habeat nihilominus pignorans terminum duorum annorum, post factam notificationem, ad ipsas res stabiles reluendum, & recuperandũ, similiterq, dicimus quòd ille qui respectiue tam mobiles, quam immobiles res pro pignore dederit, voluerit easdem recuperare, facto deposito summæ debitæ, D. Potestas teneatur summarie, & de facto cogere eundem pignora retinentem, ad recipiẽdum summas debitas, & pignora restituendum, in quibus bonis Potestas debeat dictum pignorantem in corporalem possessionem rei pignoratæ immittere, & si D. Potestas talia facere recusauerit, & non executus fuerit, teneatur in suo sindicatu de suo proprio soluere summam debitam, & interesse, & nihilominus remaneat actio sua pignoranti.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

De Bestijs quæ dantur ad victuram. cap. 18.

STATVIMVS & ordinamus, si aliquis conduxerit bestias cuiusuis speciei, ad portandum salmas, vel ad equitandum, sanam, & illesam, pariter sanam, & illesam reddere debeat, teneaturq; de dolo lata culpa, & leui, sed non de leuissima, neq; de casu fortuito, & morte naturali. Vt si ille qui bestiam acceperit ad victuram, in infirmitate naturali eiusdem bestiæ aliquas impensas fecerit, patronus dictæ bestiæ debeat illas sibi resarcire.

De iure summarie reddendo in causis piorum locorum, miserabiliumq; personarum. cap. 19.

COnsiderantes relicta atq; legata ad pias causas fore summarie, à iusdicentibus exequenda. Statuimus, & ordinamus, quòd D. Potestas ciuitatis nostræ Gallesij sub vinculo iuramenti teneatur summarie, de plano, & sola facti veritate inspecta, omniq; tela iudiciaria prætermissa, ius dicere, & expedire in omnibus, & quibuscunq; legatis, & dispositionibus, atq, causis ad Ecclesias, Hospitale, monasteria, Conuentus, Confraternitates, alia ue pia loca, religiosas, pauperrimas, & miserabiles personas, spectantes, & pertinentes, sine aliquo alio premio, salarij, seu mercedis sue, suorumq; officialium.

De fide danda R. D. Archipresbytero nostro, seu Parocchо, vel alteri sacerdoti Confessori. cap. 20

ANimaduertentes quod multoties euenere casus, in quibus egrotantes & in mortis articulo constituti, commoditatem habere de facili minime possunt, suam vltimam dispositionem per testamenti formam facere, & elemosinas, seu aliquas alias recognitiones, quas pro ipsarum animarum exoneratione pandere desiderant, propter multa humanarum rerum discrimina, & quod bonum, & æquum est, vt eorum relicta, & intentiones, præsertim quæ tendunt ad conscientiæ leuiamen: Idcirco hac lege nostra sancimus, quod si aliquis ꝓ remissione suorum peccatorum, in infirmitate constitutus, sine testamento, vel post testamentum, reliquerit, seu relinquere voluerit, alicui pio loco, seu alicui egene, vel miserabili persone, seu maritande pupille pauperrime, & miserande, in præsentia R. Archipresbyteri, seu Parocchi, vel sacerdotis confessoris aliquam rem, vel pecuniarum quantitatem, ipsis RR. Cõfessoribus credatur cum iuramento, & fides præstetur vsq; ad summam trium scutorum in totum dummodo dictum legatum non sit ꝓ interesse eiusdem sacerdotis confessoris, & cum vno teste fide digno credatur vsq; ad summã decem scutorum ꝓ quolibet legato, & non vltra non excedẽs. duo.

De Clerico agente contra Laicum. cap. 21.

STatuimus & ordinamus, quòd si aliquis Presbyter, Pater vel alia religiosa persona, non subiecta curie, & foro seculari, voluerit aliquem Laicum coram D. Potestate conuenire, ipse potestas non debeat ipsum audire, nisi prius talis clericus dederit, & præstiterit fideiubsionem de stando iuri cum dicto laico, & de parendo, & obediendo mandatis curie, ac de soluendo iudicatum, atq; damna, & expensas, & interesse, eidem laico, vt iuris fuerit, in casu succumbentie, & si fecerit aliquam petitionem, vel actum, ante datam, & præstitam fideiubsionem, non valeat, & acta sint nulla, & D. Potestas non administret ipsi aliquam rationem, nisi prius seruatis præmissis, sub pœna viginti Iuliorum, eidem de eius prouisione retinendorum.

De Iure Forensibus reddendo cap. 22.

STatuimus, & ordinamus, quòd si aliquis forensis petierit ab aliquo nostro Conciue, seu Gallesij habitante, quãcunq, pecuniarum summam & rerum qualitatem, & quantitatem, D. Potestas teneatur dicto forensi ius summarium, & expeditum dicere, & administrare, abbreuiando in dicta causa terminos, & eam expediendo, cum illis minoribus expensis, & facilitate, quibus sit in dicta causa possibile, & expediens.

De Compromissis faciendis inter Conciues. cap. 22.

HONESTATEM Sequentes, & iurgia quæ rancores, & chrimina inter Conciues inducere, vt plurimum sunt consueta pœnitus extirpare cupientes. Prouidemus quòd si in futurum contigerit, motam esse, siue per libellum, siue per aliquam petitionem, siue aliquo quòquo modo litẽ questionẽq; pecuniarũ, vel aliarũ rerũ, coram D. Potestate, & aliqua partium petierit de ipsa lite, ante publicationem processus, fieri compromissum, D. Potestas teneatur cogere partes ad com-

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. МЕЧНИКОВА

promittendum,& compromissum faciendum,de iure tantum, si partes fuerint concordes facere de iure,& de facto, sic fiat (exceptis casibus à iure communi prohibitis) ad eligendum Arbitros in eorum iudices, & si causa foret vsq, ad scuta duo,& ab inde infra,partes debeant compromissum facere de iure,& de facto,& si Arbitri electi recusauerint,incidãt in pœnam iuliorum quinq; ꝓ quolibet,& nihilominus acceptare teneantur. Qui Arbitri debeant litem & differẽtiam, in eis compromissam, infra mensem terminasse sub pœna vnius scuti ꝓ quolibet (si steterit per eos) & arbitrium eorum duret per sex menses, & D. Potestas teneatur sub eadem pœna cogere dictos arbitros ad sententiandum. Et si præfati arbitri nõ fuerint periti,possint sumptibus partium, eam mittere ad consilium sapientis. Et D. Potestas ad requisitionem arbitrorum, cogat partes ad deponendum consulturam,& iuxta consilium debeãt sententiare,& si prædicti arbitri non fuerint concordes, in sententiando, D. Potestas eligat vnum alium arbitrum,pro tertio, & possit ipse tertius electus,cum ipsis arbitris,vel cum vno ipsorum,sententiare: & talis sententia valeat,ac si omnes concorditer sententiassent, etiam absente alio arbitro, &nullus possit ab illa sententia appellare,nec recursum petere arbitrio boni uiri. Et si aliqua pars voluerit ab illa sentẽtia,&laudo appellare,& produxerit consilium sapientis sigillatum, continens lesionẽ partis,& grauamen,in eo casu possit appellare: Et si secus appellatum esset,incidat in pœnam quinq; scutorum,appellanti de facto auferendorum,& camere communis nostri applicandorum. Quam appellationẽ faciat in iudicio coram D. Potestate. Volumusq; & mandamus quod si vna pars petierit fieri compromissum, & alia consilium sapientis, in isto casu habeat locum preuentio: Volumus etiam, & decernimus, quod partes non possint facere nouum processum, sed prosequi ꝓcessum ante D. Potestatem factum,& intentatum: Insuperq; mandantes declaramus,quod dicti arbitri possint ꝓcedere de plano,sine strepitu,& figura iudicij, diebus feriatis,& non feriatis,& talis sententia,seu laudũ, valeat,si non fuerit vt supra per appellantem suspensa,vel dictum de nullitate,seruato ordine prædicto, & D. Potestas teneatur illas executioni mandare,vt alias sententias ciuiles.

Si citari faciens non comparuerit. cap. 23.

QVONIAM Maior est aliquando contumacia Actorum quam reorum ,propterea statuimus,& ordinamus,quòd si aliquis noster conciuis

uis aliquem citare fecerit,coram D. Potestate,& citans ad horam iuridicam non comparuerit ad agendum, vel aliquem actum faciendum, contra citatum,possit citatus accusare contumaciam committentis citationem,& soluat ipse committens citato baiocchos quinq, & hoc pro amissione temporis sit de illo die,& D. Potestas de facto cogat ipsum ad soluendum,sub pœna dupli sibi vt supra retinenda, & nihilominus actor committens citationem in iudicio per decem dies modo aliquo audiatur,contra dictum citatum,& hoc locum habeat tantũmodo in prima citatione & non in causis iam preceptis coram supra dicto D. Potestate.

Quod causemercedum summarie expediantur: cap: 24

STATVIMVS, & ordinamus,quòd si aliquis petierit coram D. Potestate,contra aliquem,aliquam pecuniarum quantitatem, vel aliarum rerum,ꝓ salario,& sua mercede,tam ad custodiendum bestias, arandũ & alia faciendum,vt famuli solent. quàm etiam pro operis præstitis,ipse D. Potestas ius summarium administrare teneatur simpliciter, & de plano,sine strepitu,& figura iudicij,sola facti veritate inspecta,absq, aliqua sententia,vel pronuncia,cogat debitorem personaliter ad soluendum, vel faciat executionem in bonis debitoris,ꝓut melius videbitur expedire.

De Famulorum Salarij,& operariorum præscriptione cap. 25.

Statuimus,& ordinamus,quòd in omnibus casibus statutorum ꝓxime præcedentibus à D. Potestate fuerit petitũ per aliquos famulos,vel operarios aliqua pecuniarum quantitas,occasione seruitiorum ipsi præstitorum ad diem,mensem,& annum,elapso vno anno in seruitijs mensiũ vel duobus annis in seruitiis annuis,vel elapsis sex mensibus in operis diurnis, a die finiti seruitij, & date opere D. Potestas non debeat ipsos audire,nec ius administrare,immo volumus,& declaramus tale debitũ esse præscriptum,exceptis quod de dicto debito non constasset instrumentum publicum vel alia legitima scriptura debitoris.

De modo cogendi Testes ad deponendum cap. 26.

PROVIDEMVS Insuper, quod in omni causa, si aliquis voluerit contra aliquem inducere testes ad probandum suam petitionem, & iura,tam in iudicio, quàm coram Arbitris, debeat ordinarie citari facere,dictos testes & partes ad videndum ipsos iurare, & ad articulorũ

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ІМЕНІ І.І. МЕЧНИКОВА

productionem,& ipsi testes teneantur comparere ad deponendum in causis,sub pœna vnius iulij ab eis,& eorum quolibet cõtrafaciente auferendi,& camere nostræ communitatis applicandi. Quæ pœna duplicetur,& deinde toties multiplicetur,quoties citati vt supra comparere neglexerint,vel testimonium perhibere recusauerint, quando fuerint requisiti ad dicto D. potestate, vel arbitris: Quibus testibus productis, potestas det iuramentum de veritate dicenda, remotis ab eis amore, timore,præce & præcio,& si secus factum esset,dicta eorum testium non valeant, nec teneant,nec parti aduerse præiudicent. Volumus insuper quòd dato termino ad opponendum cõtra testes, possit opponi etiam cõtra eorũ personas, sine aliqua protestatione facta in eorũ ꝓductione, non obstantibus statuto,& aliqua alia lege,contrarium dicẽte vel disponente

Quod stantibus Masculis,filie femine non succedant. cap. 27.

VOLVMVS, & ordinamus,quòd stantibus masculis filiis,vel nepote masculo ex filio,filia femina non succedat, in bonis paternis, vel maternis,sed si est dotata,stet sua dote contenta, si non est dodata conuenienter dotetur,& ex bonis paternis,& maternis, vnde non fuerit dotata,habeat iulios viginti pro eius legitima,&omne aliud quod fuerit sibi relictum ex testamento,vel alia vltima voluntate. Volumus etiam quod si venerit casus quod mulier nupta remanserit vidua, possit cum sua dote reuerti ad domum patris,& matris,& de sua dote illic nutriri,etiam si pater,& mater essent mortui.

Quod Filia sit contenta de dote,à patre data,promissa, vel relicta cap. 28.

VT dubia quæ oriri possent circa successionem,vel exclusionem Feminarum tollantur: Statuimus, & hac lege sancimus quod filia, vel neptis,aut quelibet alia femina descendens sit contenta de eo quod pater vel auus,aut quilibet alius adscẽdens sibi in dotem dederit, vel dare promiserit,aut relinqueret, nec vltra illud occasione legitime, vel iuris debiti naturæ etiam mortuo patre vel adscẽdente ab intestato, possit fratres suos,vel alios descendentes,aut alios adscẽdentes inquietare,nec de hereditate patris, Aui vel alterius adscẽdentis petere, nisi id ꝙ pater,vel auus,aut alius adscẽdens dederit,aut dare promiserit,vel relin-

querit,in vltima voluntate,donec erunt aliqui de descendentibus, vel adscẽdentib⁹ masculis natis ex legitimo matrimonio,saluo nisi fuerint legitimati de consensu & voluntate patris, vel adscẽdentium prædictorum,de cuius vel de quorum hereditate,ageretur, etiam si essent bona quæ recognoscerentur ab ecclesiis,vel piis locis,vel personis; Addentes insuper quod soror in hereditate fratris superuiuente alio fratre, vel nepote masculo ex fratre, nullam similiter possit habere,nec petere successionem,sed stet sua dote contenta,vt supra dispositum est.

De via danda non habentibus. cap. 29.

STATVIMVS, ET ordinamus, quòd si aliquis haberet domum vel possessionem sine via,& petierit à D. Potestate & Viariis, vt deberent ipsi in eius domo, & possessione dare viam,teneantur ipsi D. Potestas,officiales,& Viarij,omni ordine iudiciario prætermisso, dare viam dicte domui, vel possessioni petẽtis vnde melius potuerint,vel per possessionem vicinorum,in loco minus damnoso,& ipsam viam terminent & petens ipse viam iudicio dictorum D. Potestatis,& Viariorum soluat competentem mercedem,& precium danti Viam.

Quod spoliatus de facto,restituatur. cap. 30.

STATVIMVS, & ordinamus,quòd si aliquis fuerit propria auctoritate spoliatus,ab alio de aliqua possessione,vel domo,de facto, D. Potestas nostræ Ciuitatis,debeat ad requisitionem spoliati,ipsum spoliatũ, de facto reponere in pristinam possessionem, & in ipsa possessione manutenere,& defendere,sub vinculo iuramenti,& pœna duorum scutorum,retinendorum, & applicandorum vt supra,donec de iure fuerit determinatum. Et si duo vel tres,aut plures litigant,seu contendunt eandemet rem,quilibet possidisse contenderet, D. Potestas det terminum omnibus ad producendum omnia eorum iura,summarie & ipsis iurib⁹ visis,mittat in corporalem possessionem illum quem magis sibi ius videbitur habere,& defendat eum, vt supra in possessione donec fuerit de iure ordinarie,vel per concordiam terminatum.

De Re communi diuidenda,& Muris, ac sepibus inter Vicinos faciendis. cap. 31.

HAYKOBA BIBLIOTEKA OHYY imeni I. MEHYKOBA

STATVIMVS, & ordinamus quòd si aliqui attinentes, vel alij consortes, habeant res communes indiuisas, & vna partium voluerit quòd diuidantur, D. Potestas nostræ ciuitatis ad requisitionem petentis, det terminum parti octo dierum ad diuidendum iuxta cõsuetudinem Gallesinam, & si in dicto termino res non fuerint diuise, incidat in pœnam quolibet die quo steterit in mora vnius iulij, & nihilominꝰ teneatur res diuidere: Volumus insuper quòd si aliquis in hac ciuitate nostra habuerit domum Casalenum hortum, siue clausuram, D. Potestas similiter ad requisitionem petentis det terminum parti arbitrio suo ad faciendũ murum, inter bona consortium, & vicinorum, & si aliquis non obseruauerit mandatum, incidat in pœnam vnius iulij pro quilibet die quo steterit in mora, & nihilominus D. Potestas cogat ipsum ad faciendũ murum conuenientem. Pariterq; volumus, quo si aliquis patronus possessionis in territorio Gallesij requisiuerit vicinum sue possessionis, vt debeat ꝓ sua rata inter possessiones ipsorum facere formam fractam, vel similia vt supra, teneatur pro ut dispositum fuit, & D. Potestas predicto modo ꝓcedat silicet de possessionibus vineatis, & hortis extra Gallesiũ.

De Cessione Bonorum. cap. 32.

STatuimus, & ordinamus, quòd si aliquis debitor, tam noster Ciuis Gallesanus, quam Ciuitatis noster habitator, voluerit cedere bonis, debeat hoc modo cedere, si confessus fuerit se esse debitorem sui creditoris, & si negauerit, & fuerit uictus iuridice per creditorem, tunc non possit cedere nisi prius steterit in carceribus per vnum mensem: Volumusq; quòd creditores illius possint talem cessionem impedire, si promittant, & dicto debitori terminum dent per quinquennium, ad soluendũ (data prius fideiubsione per ipsum debitorem) Et si multi erunt creditores, & concordes minime fuerint, sit in arbitrio maioris partis creditorũ (inspecto numero, & summa) & talis cessio fiat hoc infrascripto modo, Videlicet, Quòd Campana Communis pulsetur ad minus per vnũ quartum horæ, & sine bireto & calciamentis, adscẽdat in petram piscium ante hostium salariæ communitatis in capite plateę, & subtus palatium Magnificorum DD. Priorum præsente D. Potestate, & illic alta, & intelligibili voce ter dicat pagateui creditori: Io cedo alli miei beni, battendo ter nates in muro, & hoc scribatur in actis, quo facto D. Potestas ipsum liberet. Addentes tamen quod si venerit ipse cedẽs ad pinguiorem fortunam, suis creditoribus ordine iuris seruato satisfaciat.

Quod

Quod debeat fieri discussio super bonis principalis, priusquam fideiubsoris, & fideiubsor possit principalem representare. cap. 33.

SANCIMVS, & ordinamus, quod D. Potestas ad requisitionem alicuius nõ possit, nec debeat aliquem fideiubsorẽ cogere ad soluendum, alicui creditori ꝓ fideiubsione facta, nisi prius creditor fecerit discussionem super bonis principalis debitoris, in mobilibus, & stabilibus & nominibus debitorum, & si principalis reperiatur non habere vnde possit soluere, tunc fideiubsor soluere teneatur, iuxta fideiubssionis, & promissionis tenorem, nisi fuerit obligatio in ampliori forma Cameræ apostolicæ, tunc volumus quod creditor possit ꝓ consequendo suum creditum habere recursum tam contra principalem, quam fideiubsores principaliter obligatos, iuxta dictam obligationem: Volumus insuper quòd si aliquis noster conciuis ꝓ aliquo forense fideiubserit, nõ obseruentur præmissa, sed fideiubsor teneatur tanquam principalis, & curia semper fideiubsoribus contra principales, ius summarium faciat, & principalis non possit facere exceptionem vllam cõtra fideiubsorem ꝓ eo soluentem, immo D. Potestas ad requisitionem dicti fideiubentis & soluentis, contra principalem, executionem, realem, & corporalem faciat, & si talia facere recusauerit, & non fecerit, D. Potestas soluere teneatur dicto fideiubenti, quantitatem petitam, & solutam, ꝓ ipso principali, & vltra sortem principalem, soluat expensas, & interesse.

Addentes, & declarantes etiam quod si aliquis fideiubserit ꝓ aliquo, & à dicta fideiubsione se liberare voluerit, & principalem representauerit, & à D. Potestate petierit vt principalem ad se ipsum liberandum à fiduiubsione ꝓ ipso facta, cogat D. Potestas teneatur principalem cogere, ad liberandum fideiubsorem de obligationibus, & contentis in fideiubsione (consentiente tamen creditore). Volumusq; & declaramus, quod fideiubsiones facte de non offendendo, non possint reuocari, sed habeantur ꝓ ratis, & firmis, & durent iuxta formam præsentis statuti: Et hoc capitulum locum habeat, non obstante alio capitulo. Volumus etiam quòd fideiubsores in penalibus possint (si D. Potestas, & Curia voluerit) conueniri, anteq̃ discutiatur principalis.

De petentibus debitum iam solutum. cap. 34.

P

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ІМЕНІ І. І. МЕЧНИКОВА

QVOD si quis vsus fuerit instrumentum, de quo sit satisfactus, vel alias petierit coram D. Potestate debitum sibi iam solutum, in totũ vel in partem, vel in aliqua parte litis, per testes vel per alium legitimum modum constiterit de calumnia plus petentis; remaneat debitor à toto quod petitur absolutus, & sibi damna, & expense taxande à D. Potestate reficiantur: Et nihilominus creditor condemnetur in iulios quinq; ꝑ quolibet scuto eius quantitatis, vel valoris rei, quam petierit, applicañ. ꝑ medietate communi nostri, & ꝑ alia medietate reo cõuento. Idemq; seruetur si quis in totum, vel in partem negauerit debitum ab eo petitum coram iudice, quòd condemnetur, & fiat vt supra proxime quod statutum non vendicet sibi locum in heredibus, & successoribus creditorum, si fuerint bone, & integre fame, dicti heredes, & successores, nec liceat tali neganti penitere, postq̃ aduersa pars fuerit grauata onere probandi propter talem negationem ipsius debitoris.

De Vendere volentibus res stabiles, ꝑximior requiratur Vicinus. cap. 35.

SI Quis autem vendere voluerit aliquam rem suam stabilem, suum proximiorem conuicinum, in iudicio vel extra, coram duobus testibus requirere teneatur, cui emere volenti, ꝑ eodem precio quod uerè ab alio non conuicino inueniret, vendere teneatur. Et dicta requisitione non facta, venditio sit nulla, & conuicinus illam recuperare, & habere possit a detinente ꝑ eodemmet precio infra annum à die vẽditionis respectiue, quo termino elapso, eidem conuicino super dicta re vendita, nullum ius sibi modo aliquo competere possit.

De Mulieribus nubendis in forenses non possidentes scuta quinquaginta in bonis stabilibus. cap. 36.

VOLENTES Scandala quæ multoties in dies eueniunt in Ciuitatibus, ex inductione forensium incognitorum, euitare. Idcirco præsenti nostro statuto prouidemus, quod nullus ciuis noster, possit nubere filiam suam, vel neptem, neq; aliam mulierem Gallesanam, alicui forensi & extraneo viro etiam Gallesij habitanti nisi habita coram Magnificis DD. Prioribus fide atq; relatione, de qualitate, & conditione, boneq; vitæ, & famæ eiusdem forensis facta à Communitate loci, & patrie dicti forensis, & quod etiam possideat in Ciuitate nostra Gallesij, seu eius territorio saltim ad minus in rebus stabilibus valoris scutorum quinquaginta, sub pœna scutorum viginti quinq; tam à nubente, quàm etiam à dicto forense auferenda vice qualibet nostreq; communitati applicanda vt supra.

De Mobilibus, Iocalibus, Parafrenalibusq; dari solitis sponsis in Ciuitate nostra cap. 37.

STATVIMVS & hac lege sancimᵒ, quòd mobilia, iocalia, & paraphrenalia solita, & cõsueta, in Ciuitate nostra Gallesij dari mulieribus quãdo nuptui tradentur, intelligantur, & esse debeant, omnia infrascripta. Vestis ricca, & zona argentea pro honore, sit in arbitrio contrahentium matrimonium. Vna reticella serici fini ponderis quinq; vnciarum, Alia vero reticella similis serici ponderis trium vnciarum. Lectum vnum lanæ seu plume, cum capitale põderis scilicet lanæ librarũ triginta quinq; si plumæ librarum quinquaginta. vnum par linteorum sponsalium trium telorum quolibet linteo, iuste, & decedentis mensure: vna coperta lanea noua, vna capsa lignea, seu duo Forzerij lignaminis. vna tobalia magna, duo toballeoli albi, duo torzaroli bambacis, quatuor bendoni etiam bambacis, septem toballeoli albi ampli: Quinq; alij toballeoli extremi, & si sponsa inuenerit in domo viri socrum afferat secum vnam petiam panni telæ septem bracchiorum Canape, seu lini, si etiam inuenerit socerũ quod autem sit socer solus debeat secum afferre dictam petiã tele quatuordecim brachiorum: Quatuor subiculas seu camisas fœmineas sponsalitias, vnũ sciuccatorium ꝑ capite & vnũ Toballeolũ ꝑ lecto

De lite suscipienda à venditore cap. 38.

STATVIMVS, & ordinamus quòd si quis vendiderit, vel permutauerit, aut alienauerit aliqua iura, vel actiones, vel aliquam rem mobilem, vel immobilem, & questio, lis seu differentia, ex dictis causis emptori, vel heredibus, per aliquem moueretur, teneatur statim venditor, permutator, seu alienator, & eius heredes, iudicium in se suscipere, cum omnibᵒ suis, ipsius, & ipsorum sumptibus, & expensis, vsq; ad finem causæ. Et D. Potestas sub pœna quinque scutorũ eidẽ quolibet mẽse dẽ eius ꝑuisione retinendorum, teneatur ipsum venditorem, alienatorem, vel ꝑmutatorem, & eius heredes, ad petitionem molestati, seu cõuenti, cogere, & compellere dictum iudicium in se suscipere.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

De contractibus minorum. cap. 39.

NE Bona minorum facile dissipentur, ac ne ipsis à dolosis cum eorum precipitio defraudentur. Statuimus quod nullus minor vigintiquinq; annis possit aliquem contractum, vel quasi contractũ vel distractum, obligationem, absolutionem, remissionem alicuius quãtitatis renunciationem, fideiubsionem, donationem, venditionem, alienationem, dotis constitutionem, vel receptionem, aut alium quemuis contractum, inire, vel hereditatis aditionem, seu immissionem, per quẽ vel quam, quoquo modo appareat obligatus, vel aliquid qualecunq; præiudicium, sibi generetur, sine solemnitatibus, à iure communi requisitis, & vltra eas, etiam sine præsentia curatoris specialiter deputati (si fortasse non habuerit) & decreto iudicis, alias si secus factum ue fuerit, ipso facto de iure sit nullum, quod ad ipsius minoris præiudicium.

De indemnitatibus mulierum, earundemq, contractibus. cap. 40.

INdemnitatibus mulierum, quarum sexus est fragilis, quibus prouidere publica suadet vtilitas, æquaq, ratio, quæ etiam facillime blanditiis hominũ alliciuntur propter earum verecundiam sexsum, timorem, & reuerentiam, quam eius sexsus, & natura induxit. Hac salubri lege (pro ut possumus) prouidentes. Statuimus quòd nulla mulier cuiuscunq, etatis existat, nupta, vel non nupta, possit aliquem contractum, vel quasi cõtractum, vel distractum, obligationem, confessionem alicuius quantitatis, exceptionem, renunciationem, fideiubsionem, venditionem, alienationem, vel hereditatis aditionem, vel immissionem, per quem, vel per quam, vel quoquo modo appareat obligata, vel aliquod qualecunq, p̃ iudicium sibi generetur, sine præsentia, & cõsensu patris (si super est) vel vnius saltim ex filijs maioris tamen vigintiquinq, annorum, si pater nõ superest, vel frater, quibus deficientibus, interuenire debeat præsentia, & consensus duorum proximiorum consanguineorum maiorum annis vigintiquinq, vnius ex parte patris, alterius, ex parte matris, vel duorum ex altera linea tantum, si in alia deficit, & si non extant, debeat interuenire præsentia duorum DD. Priorum. Declarantes quod dicti tales personę sint bone conditionis, opinionis, & fame, & ab omni suspitione remote, & in dicto contractu nullum habeant interesse: Et etiam cum decreto iudicis, qui iudex debeat ex vinculo iuramenti ante quam eius decretum

decretum in dictis contractibus interponat, diligenter animaduertere, & causam huiusmodi contractus mature cognoscere, in hac parte eiusdem D. Iudicis conscientiam grauando.

Quod non alienentur inforenses cap. 41.

ITEM Statuimus quòd nullus de dicta nostra Ciuitate, possit, vel audeat, vendere, alienare, vel in alium quoq; titulum transferre, etiam in vltima voluntate, aliquam rem stabilem quam haberet in territorio Ciuitatis Gallesij, in aliquem forensem non habitãtem, nec subiectum hic in Ciuitate Gallesij sub pœna confiscationis rerum quæ sic alienarentur, vel alio titulo transferentur, & ipso facto applicentur Communi nostro prædicto, & incorporentur, & talis contractus, vel vltima voluntas, quo ad dictas res sic translatas sit nulla, auctoritate præsentis statuti. Addentes, & declarantes quod si euenerit casus quod aliquis Ciuis noster talem rem ꝓpe confinia alienare voluerit Magnifici DD. Priores cogãt Ciues cõuicinos dictæ rei ad ipsam rem stabilem emendam pro præcio communiter estimando.

Quod Forensis agens caueat. cap. 42.

STATVIMVS, & ordinamus, quòd nullus Forensis siue non habitator Ciuitatis Gallesij per D. Potestatem agendo, vel petendo aliquid cõtra Ciuem vel habitatorem continuum dictæ ciuitatis audiatur, nisi prius dederit fideiubsionem idoneam de expensis reficiendis in casu succumbentie, & reconuentionis de iudicio sisti, & iudicatum soluendo (si satis datio huiusmodi petita fuerit) per conuentum, nec sit locus iuratorie cautioni, nisi forensis sit pauper, & inops, & causa non ascendat ad summam duorum scutorum, nam tunc & eo casu, cautio iuratoria admittatur, & si dicta fideiubsio fuerit calumniose petita per conuentũ in expensis, & interesse condemnetur: Et si forensis per procuratorem comparuerit, idem obseruetur, nec sufficiat quod in instrumento mandati fuerit promissum quòd releuaret procuratorem ab omni onere satis dandi.

De Impedientibus condere Testamentum. cap. 43.

STATVIMVS, & ordinamus, quòd si aliquis perturbauerit, seu impediuerit, quo quo modo aliquam personam Testamentum condere vo-

HAVKOBA ÚSTŘEDNÍ EKONOMICKÁ KNIHOVNA

lentem, quòd illum minime faciat, vel facere possit, talis impediens ipso iure cadat ab omni iure successionis super bonis eiusdem volentis condere Testamentum habentis, seu pretendentis quocunq; titulo, vel iure. Insuperq, talis impediens incidat in pœnam viginti quinq, scutorum. Camere nostri communis applicandorum, & D. Potestas statim habita notitia de prædictis, teneatur, & debeat, etiam per accessum personaliter ipsius, ad domum dicti volentis condere Testamentum requisito tamen à dicto impedito, vel ab alio eius nomine, & operetur quòd tale fiat Testamentum: Et si Potestas contrafecerit incidat in pœnam decẽ scutorum eidem de eius prouisione retinendorum & camere nostre cõmunitatis applicandorum. Qui quidem D. Potestas possit in tali casu committere, & mandare cuicunq, Notario Gallesano, quod tale Testamentum rogare debeat, & cui mandatum fuerit, non possit, nec debeat recusare, sed statim illum rogare debeat, sub iam prædicta pœna, applicanda vt supra, & p mercede dicti D. Potestatis in tali casu soluatur à requirente iulium vnum cum dimidio

Quòd liceat cuilibet mulieri nupte etiam quod sit filia familias condere Testamentum. cap. 44.

CONSIDERANTES, quòd in hac ætate nostra Ciues cogũtur constituere filiabus dum eas nuptui tradunt, dotes vt plurimum vltra eorum uires, & sepe sepius casus eueniunt quòd inde filie nupte, & sic dotate decedunt, paucis liberis superstitibus; quibus postremo etiam decedentibus, Pater idem & posteritate, & opibus remanet omnino priuatus, familiaq, sua nõ parum debilitata, æquumq, sit, quód dotes à patre profecte, ad ipsum patrem (deficiente sobole) sint redeunde, propterea hac nostra præsenti constitutione, Statuimus, & ordinamus quòd cuilibet mulieri nupte filie familias liceat suum condere testamẽmentum, sine præsentia patris (etiam quòd non sit ab eodem emancipata) & de rebus suis profectitiis, & aduentitiis ad eiusdem libitum, & liberam voluntatem disponere valeat, non obstantibus legibus quibuscunq, in contrarium facientibus. Declarantes etiam quod si dicta filia familias vt supra nupta, nullos haberet filios viuente patre, de rebus prædictis non possit disponere nisi in quarta parte.

De exceptionibus Cauillosis reiciendis. cap. 45.

ITEM Generaliter statuimus, quòd cauillose, seu calumniose exceptiones nullatenus opponant, per aliquem ex litigatoribus, & maxime si opponeretur, vel oppositiones seu articulos, aut aliam partem iudicij, vel si negaretur paternitas, filiatio, fraternitas, vel coniugium, prælatura, seu professio platuræ, vel eum cuius manu inuenitur publicũ instrumẽtum nõ esse Notarium, vel alia similia, & si opponerent & inuenirent non vere, sed calumniose, seu cauillose, statim hoc cõperto: Procurator opponẽs de facto condemnetur in expensis (si principalis erit idiota) sin autẽ principalis ipse, & in pœnam vnius scuti, & quando Iudici videbitur quod tales exceptiones sint calumniose, statim possit eas reicere, & eis nõ obstantibus ad vlteriora pcedere, p ut videbitur conuenire.

Quòd Mulieres bone conditionis, & fame, nõ possint ex qua vis causa accedere neq; cogi in curiam. cap. 46.

QVONIAM Reipublice interest, mulierum honestatem preserquare: Statuimus & ordinamus quod D. Potestas, & eius officiales, non possint, nec debeant cogere aliquam mulierem bonę famæ in curia ipsius Potestatis comparere p aliqua re, vel causa, seu executione, sub pœna quinq; scutorum tam ab ipso D. Potestate, quam ab ipsa muliere exigenda, & Camere nostri Communis applicanda, sed eam requirere faciat per Nuncium, vel Castaldum, ut ecclesiam Diuę Mariæ petat, & illic eam examminet, & expediat, & si mulier in dicta ecclesia accedere recusauerit, incidat in pœnam duorum iuliorum, vice qualibet. Addentes quòd si contingerit casus mulierem quamcunq; qua vis de causa tam ciuili, quam chriminali, damnorum datorum, vel mixte fore examinandam, pro testimonio peribendo, nõ possit eam examinare nisi cũ interuentu duorum DD. Priorum, & D. Cancellarij Communitatis, & si secus factum esset earum depositiones non valeant, & D. Potestas incidat in pœnam supradictam, de eius salario vt supra retinendam.

De donationibus in Consilio Generali Insinuandis cap. 47

FIRMITER Quoq; statuimus, & ordinamus, quòd donationes rerum mobilium & immobilium à valore decem scutorum supra facte inter uiuos à mulieribus nõ valeant ipso iure, nisi fuerint infra mẽsem, à die facte donationis insinuate in publico, & generali consilio, huiusmodi Ciuitatis nostre, & huic statuto renunciari non possit, & si iu-

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. МЕЧНИКОВА

ramentum interuenerit, præsummatur ius præsumptione, & præsentis statuti auctoritate iuramentum ipsum esse dolo, vi, vel metu, extorta, & talis donans vi dolo, vel metu inducta ad iurandum, & donandum, similiter præsummantur.

De Solutionibus Patrocinij, pro causis ordinariis. cap. 48

CVPIENTES mercedem quorumcunq, procuratorum ꝓ eorundẽ patrocinijs, & laboribus decenter constituere, infrascriptã taxam describi fecimus, ordinantes quòd in causis ciuilibus vbi petitur ex vigore instrumenti, quecunq, executio, si valor cause fuerit à decem scutis infra, pro salario dicti Procuratoris soluantur D. procuratori iulij decem si valor fuerit maior non tamen execedat scuta viginti scutum vnum cum dimidio, & si fuerit maior non tamen excedat scuta quadraginta D. procurator habeat iulios viginti, si fuerit maior non tamen excedat sexaginta scuta habeat scuta tria cum dimidio, si fuerit maior non tamẽ excedat scuta centum habeat scuta quatuor, si fuerit maior non tamen excedat scuta centum quinquaginta, habeat D. procurator scuta quatuor cum dimidio, si autem fuerit maior non tamen excedat scuta ducenta habeat scuta quinq, si vero fuerit maior vsq, ad quamcunq, quãtitatem, habeat D. procurator scuta decem: Si vero agatur per modum libelli absq, instrumento publico, salarium vltra prædicta quartumplus sit. In causis vero maleficiorum si quidem causa sit capitalis videlicet pœna mortis, si bona sua non excedant scuta quadraginta salarium sit scuta tria, ab inde vero supra salarium sit duplum, quod dictum in causis ciuilibus: Si vero non sit pœna mortis sed membri principalis, salarium sit quartum minus eius quòd dictum est in causa capitali. Si causa esset relegationis, vel ad triremes tantundem D. procurator accipere possit quòd in causa membri principalis. Si vero pœna sit mera pecuniaria salarium sit sicut dictum est in causis ciuilibus. In causis vero appellationis (si causa sit primæ appellationis, vel secundæ deuolutæ ad Illus. D. Auditorem, vel alium Iudicem competentem) salarium sit sicut dictum est supra in primis causis ciuilibus. Succumbentes vero in causa exigant solum dimidium illius quod exigere potuissent, si obtinerent in causa.

De mercede DD. Notariorum Ciuitatis Nostræ Gallesij. cap: 49.

Statuimus

STATVIMVS, & hac lege sancimus, quod DD. Notarij Ciuitatis nostræ Gallesij, de quocunq; Instrumento rogati fuerint, non possint nec debeant, petere, nec habere mercedem, nisi ꝓut infra.

PRIMO autem ꝓ rogitu Instrumenti sine decreto iudicis, aut consensu Capituli, vel proximiorum consanguineorum habeat D. Notarius Iulium vnum: Cum decreto Iudicis, aut consensu prædictorũ consanguineorum & capituli iulium vnum cum dimidio. Pro rogitu mandati procure ad lites grossum vnum. Pro ostensione instrumenti D. Aduocato iulios duos, ꝓ ostensione cuilibet parti iulium vnum. Pro rogitu laudi, siue sententie iulium vnum. Pro pronũcia desertionis baiocchos quinq;. Pro præsentatione literarum Cameralium, aut aliarũ commissionum, quæ euenire solent ab Vrbe Romæ, ac etiam à Principe nostro Illustrissimo existente in dicta Vrbe, vel extra Gallesium, sine breue Apostolico ꝓ rogitu, & citatione Iulios duos, si cum breue Apostolico iulios quatuor. Pro intimatione sententiæ cum earum tenore baiochos quinq;. Pro præsentatione inhibitionis venientis ab Vrbæ Romæ, vel ab alio delegato Iudice computata copia parti dãda iulios septem, ꝓ sola præsentatione, & relatione iulios tres. Pro extractione, & copia in publicam formam redactam, cuiuslibet instrumenti venditionis, donationis inter viuos, & causa mortis, diuisionis, transactionis, depositi, mutui, comodatiq;, dotis, refutationis, liberationis, pacti, & aliorum similium contractuũ quorumcunq; generum sint, vsq; ad valorem quinquaginta scutorum iulios sex, à quinquaginta scutis supra, vsq; ad centum, iulios duodecim & à centum scutis supra, iulios duodecim similes ꝓ quolibet centinario, vltra primum centinarium, & iuliorũ duodecim ipsius, & ꝓ quilibet instrumento, seu copia vt supra redacta, continente quãcunq; quantitatem, & summam, habeat D. Notarius rogatus ꝓut desuper dictum est, præter id, & absq; eo, quod dicta summa soluenda pro mercede supra dictæ copiæ instrumenti, non excedat in totum scuta quindecim, & scuta viginti ꝓquolibet testamento, & codicillis, quia tanti volumus, & mandamus exigi posse, & non vltra. Pro instrumento locationis, census oliuelli emphiteotici, & similium, si erunt de summis minimis iulios quinq; habeat D. Notarius rogatus, si vero erunt de maioribus, scutum vnum. Declarantes autem quòd locatio ad censum, oliuellum, & emphitheosim intelligantur minima de re non excedendo pretium scutorum quinquaginta, vltra vero dictam summam, intelligantur de maiori summa. Pro extractione instrumenti sindicatus,

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

procure ad negocia, tutelæ curæ aditionis hereditatis, & pacis leuiarũq; questionum, iulios quinq; sed à miserabilibus personis, habeat iulios duos. De instrumento vero pacis super graui delicto, iulios quinq, : Pro extractione inuentarij minimi momenti, à quinquaginta scutis infra iulios quatuor, abinde vero supra, scutum vnum ꝓ centinario scutorum. Pro Copia Testamenti, Codicilli, & aliæ vltimæ voluntatis, cuiuscunq, personæ, aut ipse aut extraneus in eis instituatur, possit exigere ꝓut taxatum est desuper in instrumentis venditionum, dummodo quòd non excedat summam viginti scutorum vt supra expositum est. Pro cassatione instrumenti, aut productione fienda, coram quocunq, iudice, coram quo pendat causa (computata registratione) habeat tertiam partem salarij, & mercedis taxatæ vt supra, ac si extraxisset copiam in publicam formam, & si non fuerit registrata, tantundem habeat. De aliis vero instrumentis, in præsenti nostro statuto non expressis, habeatur consideratio aliis instrumentis vt supra declaratum est, prout seruari inuiolabiliter mandamus, & modo aliquo excedi decernimus, preter quam in instrumentis census, in quibus volumus persolui tertia pars vltra taxationẽ instrumenti venditionis: & quia sæpe ex Notariorũ in curia non modica damna partibus emergunt. Iccirco statuimus quòd Notarij omnes anno quolibet conficere debeant prothocollum in quo redigant omnia instrumenta per eos quolibet anno rogata, & dicta ꝓthocolla in publicam formã cum annotatione anni, D. indictionis, põtificatus, ac cum subscriptione, eiusq, signo, & aliis requisitis redigant, sub pœna viginti quinq, scutorum pro quolibet, & vice qualibet, & ad interesse parti teneãtur. Defuncti vero heres quàm primum in Consilio vniuersitatis Gallesij notificet mortem dicti Notarij sub iam dicta pœna, & si ipse quoq, hæres Notarius fuerit, licentia à dicta vniuersitate in Consilio præfato in scriptis obtenta, rogitus dicti Notarij defuncti in publicam formam seruatis alias seruandis, libere, ac licite, & impune redigere valeat, & illis in iudicio & extra vbiq, fides indubia adhibeatur & aliter publicati fidem non faciant, & Notarius incidat in pœnam prefatam. Si vero heres Notarij defuncti Notarius non fuerit, vel alias dictos rogitus Notarij defuncti, vẽdere voluerit, requirere debeat dictã vniuersitatem, quæ semper pro iusto præcio aliis quibuscunq, emptoribus præferatur, & dictæ venditiones aliter facte, nullius sint roboris, & momenti, & D. vniuersitati, competat ius retractus.

De exentione personali DD. Priorum, Officialium, Doctorum Notariorumue. cap. 50.

VOLENTES insuper decorem, ad dignitatem officialium Magnifice nostre Communitatis, aliorumq, Doctorum, & Notariorum huiusce nostre Ciuitatis conseruare: Hac lege sancimus, statuimus, & ordinamus, quòd dicti officiales, Doctores, Notariiq, sint immunes, & exentes ab omni angaria, & onere personali Communitatis nostre Magnificæ.

De Appellationibus. cap. 51.

QVIA Sæpenumero contingit, alteram, vel vtranq, partem litigantium, se à sententiis, seu laudis contra ipsas latis sentire grauatas, cupiantq, appellando iura sua alibi expediri. Statuimus, & ordinamus, quod si aliquis voluerit appellare, à sententia Ciuili contra se lata, per D. Potestatem, per Arbitros, vel alios deputatos iudices, debeat appellare infra decem dies, à die late sententie, seruato tamen ordine prædicto, & si infra dictum terminum non appellauerit. sententia sit deserta & executioni mãdetur. Et si fuerit appellatum a die appellationis debeat appellans per iudicem ad quem, inhiberi facere iudici à quo, & appellato, infra quinq; dies (si princeps noster erit in statu) si vero extra, decem dies, & de inde prosequi, & terminasse, infra terminum quatraginta dierum, & dicto termino elapso, non facta appellatione, vel inhibitione, aut prosecutione, in termino vt supra, causa sine aliqua pronuncia sit deserta, & executioni mandetur, & aliter in tali causa, non possit modo aliquo appellare, & hic ordo seruetur in ciuilibus, & in secunda, & tertia instantia. Volumus etiam quòd ad instantiam appellati, iudex ad quem possit præfigere terminum appellanti, iuxta quem debeat incipere prosecutionem appellationis. In appellationibus ab interlocutoriis, iudex à quo, præfigat terminum infra quem appellatio expediri debeat.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

De Feriis. cap. 52.

FERIATOS DIES in quibuſcunq; cauſis ciuilibus, tam primę quam ſecundæ inſtantiæ, quæ coram D. Poteſtate Ciuitatis noſtrę Galleſij agitantur, infraſcriptos eſſe decernimus, videlicet Feſtum celeberrimum Natiuitatis D. N. Ieſu CHRISTI, cum quatuor diebus ante, & octo poſtea, & ſimiliter octo dies ante, & octo poſtea in feſto Paſchatis Reſurrectionis, Feſtũ Paſchatis pẽtecoſtes cũ duob° diebus ſequentib°, omnes dies Dominici, Quinq, dies feſtiuitatuum Beatæ MARIAE Virginis, ſcilicet Natiuitatis, Conceptionis, Purificationis, Annunciationis, & Aſſumptionis, omnes dies feſtiuitatum APOSTOLORUM, & aliorum Doctorum, Euangeliſtarum Sanctorumq; ſanctarum & Virginarum, à Sancta Romana Eceleſia celebratarum, Feſtum diuæ MARIAE ad Niues, Feſtum ſolemne Beati FAMIANI Patroni, & protectoris noſtræ Ciuitatis Galleſij cum duobus diebus præcedentibus, & tribus ſequentibus, Feſtum Beati Sebaſtiani Martiris, ac etiam conſecrationis ECCLESIÆ vltima Aprilis, Dies ſancti Benedicti, Sancti Angeli de Menſe Maij, ſancti Paſtoris, ſancti Cretaliani, ſancti Laurenti, ſancti Ioſeph, ſponſi Virginis, ſanctæ Luciæ, ſancti Secundi, ſanctæ Iuſtæ, & ſancti Frãciſci, & ſimiliter à medio menſe Iunij, vſq; ad feſtum AſſUmptionis Beatæ Mariæ incluſiue, ſint ferie in cauſis Ciuilibus. Et pro vindembiis ſint ferie à die ſancti Matthei de menſe ſeptembris, vſq; ad diem quintum menſis Octobris incluſiue. In quibus quidem temporibus & diebus feriatis D. Poteſtas noſter non poſſit, nec debeat rationem adminiſtrare nec ius reddere in cauſis ordinariis, ſed debeat die vltimo pronunciare ferias, & dies feriatos, ſub pœna trium ſcutorum de eius prouiſione menſe quolibet retinendorum (ſi contra fecerit) ſed ab vno ſcuto infra nunquam ſint ferie, niſi dies feſtiuitatum vt ſupra ad honorem DEI.

De DOTIBUS reſtituendis, & lucro mariti, & vxoris. cap. 53.

QVIA in nuptiis celebrandis, varij & quandoq, magni fiunt ſumptus, variaq, onera matrimonij ſupportantur. ſtatuimus, & ordinamus, & hac lege ſancimus, quòd ſi matrimonium fuerit inter aliquos celebratum, per verbum de præſenti, & ſubinde fuerit carnali coppula conſumatum, caſuſq, euenerit, quod mulier conſtante ſic matrimonio predecedat ſine filiis ſeu nepotibus, ex filiis, quartã partem dotis ſibi date, vel promiſſe, Maritus lucretur, & exigere poſſit ab heredib°

ſeu

ſeu ſucceſſoribus dictæ ſue Vxoris, qui dictam dotem ei de ſuis propriis, vel Vxoris, ſeu alienis bonis ꝓmiſerit, & verſa vice ſi maritus p̃decederet ſine filiis vel nepotibus ex filiis ſuper viuẽte vxore, vxor lucretur medietatem dicte quartę partis eius dotis ſuper bonis eius mariti. Et ſi dictus maritus non haberet tantundem quantum eſt dos dictæ ſuæ Vxoris, non lucretur niſi ꝓ rata, bonorum ipſius mariti, & non vltra. Et ſi dicti coniuges alter alteri legauerit, ſiue iure inſtitutionis, ſiue iure legati, maiorem, ſiue minorem quantitatem lucri prædicti, eo caſu lucrum prędictũ computetur, & connumeretur in legato quomodolibet inter eos facto. DECLARANTES inſuper quod in caſu reſtitutionis dotis fiende, tam per maritum, quam per illius heredes, quomodocunque matrimonium fuerit diſſolutum, ſi dos in pecuniis, ſeu in qualibet alia re data ꝓ eſtimatione, & à marito recepta, medietatem, maritus vel eius heredes reſtituere teneantur in termino vnius anni, à die ſoluti matrimonij computandum, aliam vero medietatem, infra alium annum ſubſequentem. ſi vero dos conſiſtat in fundis dotalibus præfatus maritus eiuſq; heredes infra ſex mẽſes à die dicti ſoluti matrimonij vxori, vel eius heredibus, pro ut caſus acciderit, ſimiliter reſtituere teneatur.

LAVS ſit ſummo DEO Amen.

Finis huiuſce Secundi Libri Statutorum Ciuilium &c.

PAVLVS POLITVS SCRIBEBAT.

S

Копія з імені І. І. МЕЧНИКОВА
НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ

LIBER TERTIVS.

DE MALEFICIIS LIBER III

DE MODO PROCEDEDI IN MALEFICIIS

CAP. PRIMVM.

VT PAX, ET tranquillitas inter nostros Conciues conseruetur, prouidendum est, ne delicta remaneant impunita, cum pœna vnius sit metus multorum. Præsenti lege decernimus, Statuimus, & ordinamus, Quòd D. Potestas nostræ Ciuitatis Gallesij possit, & debeat, super omnibus Maleficiis, & delictis, quæ committerentur in dicta Ciuitate Gallesij, vel eius Territorio, & districtu, cognoscere, & procedere ex officio, per inquisitionem, & denunciationem, ac etiam ad querelam cuiuslibet accusantis, & querelantis, & delinquentes debita pœna condemnare, punire, & exequi, pro vt in sequentibus capitulis latius continebitur.

VOLVMVS Quòd D. Potestas, antequam formet inquisitionē contra delinquentem, prius requirat partem offensam, si vult accusare malefactorem (si maleficium non esset atrox) sed si atrox erit, D. Potestas sine requisitione partis offensę possit procedere, & si aliter processerit, ipso iure processus sit nullus, & si offensus noluerit accusare, D. Potestas formet inquisitionem ex officio, & procedat iuxta formam statuti. Item volumus quod statim formato processu, ipse Potestas mittat copiam ad Cameram, seu Phiscum. Volumus insuper, &

ordinamus, quod prædictus Potestas, debeat citari facere delinquentem cum cedula continente tenorem inquisitionis, denuntiationis, vel accusę, personaliter, vel domi (si pœna fuerit usq, ad triginta iulios) & abinde infra, assignet terminum vnius diei ad comparendum, & respondendum, & ab inde supra det terminum duorum dierum, & si fuerit forensis, ipsum citare faciat ad Valuas palatij, vel ad Valuas Ciuitatis Gallesij, & si non comparuerit, iterum citari faciat, cum simili termino, & post citationes p̄dictas, eum exbandiri faciat à dicta Ciuitate, & eius territorio ꝓ qualitate delicti, ad Fenestras palatij residentiæ dicti D. Potestatis, in quo exbandimento detur, & assignetur sibi terminus octo dierum infra quem possit comparere, respondere, & se defendere, & inde postea non audiatur, sed habeatur ꝓ confesso, & conuicto, & cōdemnetur iuxta formam statuti. Volumusq, quòd si inquisitus comparuerit in termino sibi assignato ad respondendum, D. Potestas debeat suam respōsionem pœnes acta scribi facere, & annotare, iuxta processum cum duobus testibus, & admittat ipsum (si est fideiubsoribus relaxandus) ad præstandum fideiubsionem de stando, & parendo iuri, & patiendum omnē condemnationem, & pœnam. ET si D. Potestas contrafecerit, in recipiēdo ita dictam fideiubsionem, incidat in illāmet pœnam, in quam teneretur inquisitus. ET si Inquisitus, vel denunciatus comparuerit, & negauerit, tunc D. Potestas si procedit per viam inquisitionis, det terminum accusanti octo dierum, ad probandum suam accusationem, & si eā non probauerit reus absoluatur. ET si accusa per accusantem probaretur, D. Potestas condemnet accusatum iuxta formam præsentium statutorū & ad resarcendū dāna expēsas, & interesse, accusanti. ET si ex officio ꝓcesserit, & malefactor comparuerit, tam si negauerit, quam si confessus fuerit, D. Potestas assignet sibi terminum octo dierum, ad faciendum omnes suas defensiones, intra quem curia possit procedere, inducere testes, & alias probationes, ad probandum inquisitionem (citata tamē parte ad testium iuramenta) & postea processus publicetur, & detur terminus inquisito, vel accusato octo dierum ad opponendum, & excipiendum, atq, allegandum. Quo termino elapso, feratur sententia. Mandantes insuper, quòd D. Potestas infra quatraginta dies à die inchoationis processus, debeat ipsum terminasse per sententiam condemnatoriā, vel absolutoriam, sub pœna scutorum quinq, sibi de eius prouisione retinendorum, tam si incohatus fuerit per se, quam per prædecessorem suum dempto tamen tempore legitimi (si interesserit) impedimenti.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

et prædictus D. Potestas antequam proferat sententiam in maleficiis, debeat facere per preconem, seu Castaldum communis, præconizare per Ciuitatem Gallesij, in locis solitis & consuetis, quòd in die sequenti ad sonum Campanæ hora solita, per ipsum D. Potestatē dabuntur, & dabunt sententie in maleficiis, quòd si aliquis haberet aliquod interesse in curia circa maleficia, dicto die compareat ad audiendum sententiam, & cum tali bandimento vt supra, sententia valeat, & teneat, ac si partes, & interesse habentes, essent personaliter citati, non obstantib⁹ quibuscunq;, quæ bannimenta scribantur iuxta sententias. Et postquā fuerint in iudicatum transacte, mandentur executioni, per ipsum D. Potestatem, sub pœna scutorum quinq; pro qualibet sententia Camere Illustrissimi applicandorum.

DECERNIMVS etiam quòd D. Potestas nostre ciuitatis Gallesij, non possit aliquem malefactorem, & inquisitum retinere in carceribus completo examine infra dies octo, & alias iuxta qualitatem delicti benigne procedendo iuxta conscientiam iudicātis (si voluerit idoneam fideiubsionem præstare) nisi esset confessus aut conuictus, vel malefactor in pœna corporis afflictiua condemnādus, & si eam non inuenerit vel alias ex forma iuris vel statutorum tormentis subici deberet mittat ipsum in Carceribus sub fida custodia, & de ipso (vt iuris est) disponat & faciat.

De pœna Blasphemantium cap. 2.

QVONIAM In maleficiis illud omnium pessimum esse non dubitatur, quòd contra Omnipotentem Deum, eiusq, Virginem Marrē, & Sanctos eius committitur: Iccirco hac perpetua sanctione, decernimus, & statuimus, vt blasphemantes Deum sub quo vis nomine trium personarum, vel Beatam Virginem Mariam, vel iurantes per mēbra pudibunda Dei vel Beatæ Virginis Mariæ, decem scutorum pœna pro prima, & secunda vice puniatur sine aliqua diminutione, pro tertia vero vice, si erit persona plebea, & vilis, ponatur ante fores Ecclesiæ Majoris in die festo dum misse maiores cātantur, ligatus, cum inscriptione delicti, & cum ligno in ore, si sit nobilis pœna viginti quinq; scutorum & exilio à Ciuitate & districtu Gallesij arbitrio Illustrissimi Domini puniatur

niatur, vel eiusdem pœne, si non soluerit infra biduum à die condemnationis, sicut plebeus subiciatur. Et cuicunq; liceat accusare, vel denunciare, & teneatur accusans secretus, & habeat quartam partem pœnæ, & ei credatur cum vno teste fide digno. Qui vero per corpus, vel per sanguinem inordinatè, vel irreuerenter iurauerit, quindecim iuliorum pœna puniatur. Blasphemantes autem Beatum Famianum huius nostre Ciuitatis Patronum, aliosue sanctos Dei, in medietatem dictæ pœnæ, sine aliqua diminutione pro prima vice ꝓ secunda duplicata, & ꝓ tertia triplicata puniat. Qui vero percusserit, siue aliq̄ iniuriā intulerit in picturis, vel figuris Dei, vel Beatæ Virginis, vel sanctorum, in quadruplicatam pœnam pecuniariam incidat, primo casu impositam. Et nihilominus si non soluerit infra decem dies, eidem man⁹ dextera pœnitus amputetur. Quod statutum teneatur D. Potestas in principio sui officij legere, seu legi facere, in publico Consilio vulgari sermone, ad omniū Clariorem intelligentiam, illosq, admonere super prædictis, pœna ipsi D. Potestati negligenti amissionis officij.

De pœna iniuriantium parentes. cap. 3.

ILLVD pessimum est, quod in parentes committitur. Et propterea, statuimus, quòd si quis parentibus suis iniuriam, vel offensam verbalem fecerit, quæ personam vel honorem ipsorum non cōtigerit, vel ipsis nō obediuerint, in pœnam quadruplicatam iniuriarum à statutis impositā, incurrat. Si aliquis ex parentibus aliquem percusserit, seu verberauerit, & ad manus Curie peruenerit, pro tali excessu, & delicto debeat carcerari per mensem carceratus detineri, nec non soluat quadruplicatam pœnam, per inde, ac si alium percussisset, & D. Potestas considerata qualitate delicti, debeat in carceribus detinere. Si autem in manibus curie non peruenerit, exbandiatur perpetuo à Ciuitate Gallesij & eius Territorio, & nihilominus eius bona (si quę habet) assignentur dicto parenti, & percusso, seu verberato.

ЛОНУ імені МЕЧНИКОВА

De pœna offendentium Officiales. cap. 4.

ET Quia parum esset iura in Ciuitate construi, nisi essent qui illa publice defenderent, & exequerentur, & propterea necessarium est, officiales in Ciuitate nostra electos tueri. Statuimus quòd si quis fuerit tante temeritatis, vel audacie, quod cum aliquo genere armorum D. Potestatē Ciuitatis Gallesij in capite percusserit, & ex tali percussione sanguis exiuerit, siue liuor, siue tumefactio apparuerit, & vulnus non fuerit enorme, siue magnum in scutis quinquaginta sine aliqua remissione soluendis ꝑ percussione qualibet condemnetur. Si vero vulnus fuerit magnum, siue enorme, vel periculosum (morte tamen non sequuta) cōdēnetur in scutis centum sine remissione aliqua vt supra. Si vero aliquem ex Notariis D. Potestatis aut eius officialem vel aliquem substitutum, alicuius officialis iam dicti, quis percusserit cum aliquo genere armorum (vt premittitur) si sanguis exiuerit, & vulnus enorme non fuerit, in scutis triginta sine remissione aliqua condemnari debeat, si vero sāguis exiuerit, & vulnus periculosum fuerit (morte tamen nō sequuta) in scutis quinquaginta sine remissione aliqua debeat condemnari. Si autem tales percussiones fuerint sine sanguine, liuore, aut tumore, & tumefactione, condemnari debeat delinquens in singulis capitulis supradictis, in dimidia dictarum pœnarum, quibus condemnari deberet, si sanguis exiret, vel tumefactio facta esset, quādo vulnus nō esset mortale, vel periculosum. Si vero aliquis D. Potestatem, vel aliquem ex officialibus iam dictis, manibus vacuis percusserit, vel ipsorum aliquem insultauerit, siue per personam ceperit, seu manu vel pede percusserit, vel impinserit, in pœnam viginti quinq; scutorum sine aliqua remissione soluēdorum pro quacunq; dictarum offensionum, vice qualibet cōdemnari debeat. Declarantes expresse, quod officiales per quarum offensiones, supradictæ pœnæ imponi debent, & sint, intelligantur hij v3 D. Potestas DD. Priores Confalonerius, Sindicus, Cācellarius communis, Depositarius, aliiue officiales communis, Notarius D. Potestatis, & alij officiales dicti D. Potestatis. Si autem ex talibus percussionibus aliquis ex dictis officialibus moriretur, sine dubio secundum formam præsentium statutorum debet capitali pœna puniri, cuilibet liceat dictum delinquentem, vbicunq; & quandocunq; ante vel post suam condemnationem capita

lem, capere, detinere & infortias curie deducere, sine aliqua sui pœna. Addentes quòd si quis dictum delinquentem tali pœna capitali damnatum, vel condemnādum cęperit, & in fortiam Curie D. Potestatis induxerit, & illum in manibus D. Potestatis vel eius officialium ligatum, & viuum consignauerit, quinquaginta scuta de bonis dicti delinquentis si habet recipere debeat. Si autem talem delinquentem interfecerit iuxta facultatē in alio subsequenti capitulo concessam, & de tali interfectione manifeste docuerit, uigintiqnq, scuta vt supra habere debeat. Si vero quis ceperit aliquem qui dictos officiales, vel eorum alterum offenderit, siue percusserit, citra mortem, vt supra, & illum captum in fortiam curie consignauerit, quindecim scuta habere debeat vt supra. Quicunque autem percusserit aliquem Castaldū communis, & Curiæ Ciuitatis Gallesij, qui iret, vel esset ad officium exercendum, si cum armis, & sanguine condemnetur induplum eius, quod condemnari deberet aliquam personam priuatam offendens, & percutiens.

De pœna impedientium Officiales in eorum officio, cap. 5.

SI Quis autem D. Potestatem, Notarium, vel eius executorem, & alium de eius familia impediuerit, vel quoquo modo, eis recusauerit dare pignus incidat in pœnam dupli quantitatis executionis fiendæ. Et si aliquis de manu curię, vel creditoris, siue Castaldi abstulerit pignus, incidat in pœnam quadrupli quantitatis pro qua pignus fuerit factum sine diminutione aliqua. Insuper statuimus, quòd omnes, & singuli officiales, & alie singulares persone huiusce nostrę Ciuitatis Gallesij, teneantur dicto D. Potestati eiusq; curie, & officialibus præstare debita cum reuerentia auxilium, vel fauorem, prout, sicut, & quādo, per eosdem fuerint requisiti. Contra facientes vero, siue prædicta adimplere cessantes, dimidia pœnę qua tenerentur, si eorum impediuissent officium puniantur.

HAYKOBA BIBLIOTEKA OHY імені ЛЕСЯ ЧИКОВА

De proditoribus, & Traditoribus. cap. 6.

STATVIMVS, & Ordinamus, quòd quicunq;, palam, & occulte, p ditionem, & Chrimen lesę maiestatis quomodolibet commiserit, fecerit, vel attemptauerit, vel aliquid contra Principem nostrũ Illustrissimũ Pacificumq; & quietum viuere dictę nostre Ciuitatis macchinatus fuerit, quòd laqueo furcis suspendatur, ita quòd moriatur. Et si in manibus curię non peruenerit, de dicta ciuitate, & eius districtu perpetuo fiat exul, & nunquam valeat remitti. Et si vllo vnquam tempore in manib° Curię peruenerit, laqueo suspendatur, ita quòd moriatur, & nihilominus bona ipsius proditoris, in vtroq; casu Camere Illustrissimi Domini Nostri applicentur, absq, prolatione sententię.

De Insultu, & percussionibus cap. 7.

STATVIMVS, & ordinam°, quòd si qs aliquẽ insultauerit, inuaserit, seu aggressus fuerit cũ armis, ad domum, vel ante domum propriam, vel conductam, vel cassinam insultati, & ipsam introiuerit, siue etiam ad cãpum, in quo insultatus ad laborãdum steterit, soluat nomine pœnæ scuta decem, & si non introiuerit, in medietatem dictæ pœnæ puniatur: si vero sine armis prædicta commiserit, in quolibet casuum prædictorum medietatem pœnæ soluere compellatur, & intelligatur insultasse ad domum, vel ante domum habitationis, ille qui in strada publica, seu vicinali à medio dictę vię versus domum insultati, talem insultum fecerit. Si vero fuerit domus in platea, tunc intelligatur insultum ad domum, vel ante domum fecisse habitationis, si talem insultum per quindecim pedes ante dictam domum fecerit. Et si quis ex dictis insultãtibus tempore insultus, vel statim post, fecerit aliam iniuriam, seu offensam, contra eundem insultatum, vel aliquem de familia, tunc vltra pœnam dicti insultus, quæ non confundatur, puniatur secundum formam præsentium statutorum de percussione, vel alia offensa loquentium. Et si forensis, seu continuam moram in ciuitate Gallesij non trahens, fuerit in quolibet supradictorum, vel infrascriptorum casuum, puniatur in duplo. si vero contra aliquem iniuriose euaginauerit aliquod genus armorum offensibilium, alibi quam in prædictis locis, & admenauerit, non procedendo ad percussionem, in scutis quinq, pœnæ nomine puniatur, & cõdemnetur

demnetur. Et si euaginauerit, aut impugnauerit, & non admenauerit, vel si admenauerit, & non euaginauerit, neq; percusserit, in medietate dicte pœnæ puniatur. Si vero quis aliquem iniuriose percusserit alapa, vel pugno in capite, vel facie, ita quod sanguis inde exiuerit, in scutis decẽ si in alia parte corporis in scutis quinq; puniatur, Et si sanguis non exiuerit, in medietate dictę pœnæ puniatur, & plus & minus in quolibet p̃dictorum casuum, attenta qualitate, & conditione persone, prout D. Potestati, vel Illustrissimo Domino Nostro, si fuerit in statu, videbitur conuenire. si vero aliquis aliquem cum cum calce percusserit, & inde sanguis exiuerit, fiat vt supra in proximo capitulo de pugno continetur. si autem aliquis aliquem iniuriose momorderit in facie, ita quòd cicatrix euidens perpetua remansura sit, in scutis viginti puniatur, & si cicatrix non remanserit, in scutis decem condemnetur, si autem nec sanguis exiuerit, in scutis quinq, puniatur. si in alia parte corporis malo modo momorderit, & sanguis exiuerit, in scutis quinq, puniatur. si autem sanguis non exiuerit, in medietate pœnæ prædictę puniatur. si vero qs alicui iniuriose extraxerit pilos de barba, siue barbam depilauerit, aut decapillauerit in scutis decem puniatur. si vero quis fecerit alicui iniuriose cadere biretum, seu pileum de capite, aut mulieri velum, seu viletum, in scutis quinq, puniatur. Et si quis aliquem iniuriese ceperit per pannos, vel pectus, vel capitale, vel dilacerauerit alicui pannos de dorso, in scutis quatuor condemnetur, & damnum passo resarcire teneatur. si vero impinserit aliquem, ita quod cadere fecerit, & sanguis exiuerit de facie, in scutis decem puniatur, de alia vero parte corporis, in medietate dictę pœnæ puniatur, & si sanguis non exiuerit, in scutis quinq, puniatur. Et si ex dicta impincta non ceciderit, in scutis duobus puniatur. si quis autem ceperit aliquem per nasum, vel manum miserit ad gulam, ita quòd sanguis exiuerit, in scutis decem puniatur, & si sanguis nõ exiuerit in mediate dicte pœne condemnetur. Et si quis aliquem iniuriose per terram traxerit, vel in eius faciem expuerit, studiose, vel iniuriose, in scutis decem condemnetur. In aliis uero locis, seu partibus persone, q̃ in facie, in scutis quinq;, & plus, & minus in quolibet prædictorum casuum arbitrio supra dicti Illustrissimi Domini quatenus in statu permãserit, sin autem D. Potestatis (personarum vel loci qualitate cõsiderata) puniatur. Si quis vero aliquem percusserit, vel vulnerauerit, cum armis ferreis, vel ferratis, bastone, lapide, claue, vel alio armorum genere, in ca-

HAYKOBA BIBLIOTEKA OHY imeni Ivana MIKOBA

pite cum fractura cranei in triginta ſcutis puniatur. Si vero cum ſanguine,& non cum cranei fractura,in vigintiquinq; ſcutis puniatur. Si autem cum dictis armis,aliquem vulnerauerit in facie,vel in gula, cum ſanguinis effuſione, ex quo vulnere ſit cicatrix enormis in quinquaginta ſcutis condemnetur. Si vero cicatrix (quæ prædicitur)non ſit remanſera,& ſanguis exiuerit,in ſcutis triginta puniatur. Qui autem cum dictis armis,vel aliquo ex dictis armis euaginatis aliquem in capite, vel facie, vel gula ſine ſanguine percuſſerit,in ſcutis quindecim puniatur: Si vero cum armis non euaginatis percuſſerit in ſcutis decem puniatur. si vero qui percuſſerit aliquem cum aliquo dictorum armorum à gula infra & inde ſanguis exiuerit,in ſcutis quindecim puniatur,ſi vero ſanguis nõ exiuerit,,in medietate pœnæ prædicte puniatur: si quis autem amputauerit alicui manum,vel pedem,vel naſum,vel aliud membrum principale,vel occulum ſtudioſe effoderit,quamuis talionis pœna puniri deberet: Volens igitur Princeps noſter Illuſtriſſimus de benignitate procedere,quod in ſcutis ducentis puniatur: Quam quidem pœnam ſi infra tempus in ſententia declarandum non ſoluerit, ex tunc durius arbitrio D. Poteſtatis puniatur. si vero debilitauerit,non amputando in ſcutis ſeptuaginta puniatur: quam pœnam ſi infra tempus in ſententia declarandum non ſoluerit,acrius iudicantis arbitrio puniatur. Digitum vero alicui,ex tali percuſſione amputans, in ſcutis quadraginta puniatur, & ſi infra tempus vt ſupra nõ ſoluerit, acricus D. Poteſtatis arbitrio cõdemnetur. si quis aliquem ita percuſſerit,quod illi dentes cadere fecerit,pro quolibet dente,vltra pœnam percuſſionis infacie,condemnetur in ſcutis decem: si vero dentem vnum,vel plures fregerit, media pœna puniatur,qua puniretur ſi feciſſet cadere: Et nihilominus percutiens in quolibet prædictorum caſuum,percuſſum,vel vulneratum,de ſuo proprio faciat mederi,& expenſas, uictus, & percuſſo uel uulnerato, una cũ omnibus damnis,&intereſſe contingentib⁹ propter operas deperditas,uel ex alia cauſa ſummarie,omni ſolemnitate,& iuris ordine prætermiſſis, reficere compellatur. si quis autem ad ſui defenſam aliquem percuſſerit,&hoc legitime probare potuerit,à ſupra dictis pœnis,& bannis abſoluatur,& probatio intelligatur legitima,ſi probare potuerit aduerſarium primo eum inſultaſſe,vel rixam,iniuriam, vel offenſam, inchohaſſe (dummodo hoc non fiat ex interuallo temporis) & omnibus ſupra dictis locum habeat defenſio cum moderamine inculpate tutele,ſecundum offenſam,& iniuriam factam,alias in exceſſu defenſionis, tantum puniatur,quem exceſſum iudicantis arbitrio committimus. Si vero mulieres talia maleficia vel delicta commiſſerint in medietate dictarum pœnarum in quolibet prædictorum caſuum puniantur.Si vero delinquens maſculus,fuerit quindecim annorum,vel infra, condemnetur minus dictis pœnis arbitrio iudicantis,& pro ut in ſtatuto de Maleficiis commiſſis per minores diſponitur. Si quis autem aliquem prouocauerit,ſeu diſfidauerit ad pugnandum,& diſfidatus,ſeu prouocatus acceptauerit,puniatur vterq; in ſcutis centum,pro quolibet ipſorum ſaluis ſemper pœnis à ſacro Concilio Tridentino inflictis. Si autem diſfidatus non acceptauerit,tunc ipſe nullam pœnam patiatur. Prædicta autem omnia intelligantur,& locum habeant,ſi quis ea doloſe commiſerit,& perpetrauerit,vel caſu ipſius culpa proueniente.

De Turpitudine in perſonam alicuius faciente. cap. 8:

SI Vero aliquis proicerit, vel ſtercus poſuerit, vel aliam turpitudinem aut aliquod fetidum,ad faciem alicuius,ita quod illi faciem polluerit, vel deturpauerit,ſoluat pœne nomine,vice qualibet ſcuta quinquaginta. Quòd ſi in alia parte corporis,vel in pannis,quos ſecum portauerit,prædicta commiſſa fuerint,ſoluat committens vice qualibet ſcuta decem. Quod ſi quis proiecerit,& non deturpauerit,in ſcutis quinq; puniatur. Quod ſi aquam,Vinum,vel aliquod liquidum proicerit, in faciem alicuius in ſcutis decem puniatur,ſi in alia parte corporis in ſcutis quinq; puniatur,& ad damni refectionem condemnetur,& maior pœna imponi non poſſit ratione loci, vel temporis, niſi qualitas perſonę offenſe,aliud ſuadere videbitur,quòd iudicantis arbitrio remittimus.

De Homicidiis. cap. 9.

HOMICIDIVM ſi quis doloſe,aut ſtudioſe fecerit,vel quoquomodo fieri fecerit,ſeu mandauerit, & in fortiam, ſeu manus curię peruenerit,pœna legali puniatur,ita quod pœnitus moriatur. Si

HAYKOVA BIBLIOTHECA OHY imeni P. MELNIKOVA

autem in fortiam curiæ non peruenerit, citetur, & exbanniatur perpetuo in dicta pœna, & bona omnia publicentur, & Phisco Illustrissimi Domini Principis nostri applicentur, & adiudicentur. Si autem plures de vno eodemq; homicidio culpabiles proponantur tunc D. Potestas proximiores consanguineos, occisi coram se faciat uocari diligenterq; ab eis per iuramentum de qualitate culpę cuiuslibet ipsorum, & vtrum sint culpabiles in faciendo, vel mandando, aut associando, vel alio auxilio seu fauore præstando, se informet, & facta diligenti inuestigatione, prout ipsi videbitur, eligat ex dictis culpabilibus vnum faciendo illum principalem auctorem, qui solus pœna legitima puniatur, & vnum alium eligat de mandantibus, seu fieri facientibus, si quis interuenerit. Qui duo tãtum possint dicta pœna puniri, & non plures pro eodem homicidio, & si nullus reperiatur fieri faciens, siue mandans, tunc vnus solus pœna prædicta puniatur. Alij vero culpabiles qui ꝑ principalibus auctoribus, seu datoribus, non fuerint electi, puniatur de auxilio, & fauore, hoc modo videlicet, si principalem, Homicidam associauit tempore, homicidij, & illum qui occidebatur percussit, vel tenuit vel ita impediuit, quòd se defendere nequiuit, obstante eius defensione, & impedimento, sicut principalis author, & homicida puniatur. Si vero percussionem non intulit, insultato, nec aliud impedimentum operatus est in pęna scutorum ducentorum puniatur. Et si dicto tempore associauit homicidam, & ne à curia, vel aliis capere ipsum volentibus, secundum formam præsentium statutorum de materia loquentium caperetur, defenderit, vel occultauerit, eadem pęna qua homicida puniatur. Qui vero fuerit de tractantibus, vel ordinantibus, seu consulentibus, quòd homicidium fieret, non tamen sit principalis faciens, seu mandans, scutorum ducentorum pœna puniatur. Parricida verò, & si qui Parricidarum nomine, seu pęna à lege comprehendantur, scienter illud scelus perpetrantes. pęnis legalib' vel aliis similibus, iudiciantis arbitrio puniantur. Qui vero sine aliqua culpa, casu qui preuideri non potuit, nec debuit, vel ad sui defensionem sibi permissam, & probatam occiderit, nulla pęna puniatur, sed pęnitus absoluatur. Qui autem homicidium nõ dolo, nec tamẽ licite, sed cum aliqua culpa ex improuiso commiserit (inspecta qualitate persone) & factis debitis circunstantiis, pœna pecuniaria usq, ad centum scuta iudicantis arbitrio puniat̃, & de dictis pœnis pecuniariis heredes occisi debeant habere tertiam partem pro recompensatione, iniurię, & damno-

rum

rum. Et in casibus prædictis pęna pecuniaria præfata soluta, & habita pace, vel ea non habita, arbitrio Illustrissimi D. ad patriam redire possit delinquens. Si vero tales delinquentes vltimo supplicio afflicti fuerint, per manus Curię, bona eorum non applicentur Phisco, sed suis heredibus illesa conseruentur. Addentes quod de bonis condemnatorum confiscatis deduci debeant dotes vxorum, & es alienum. Quæ omnia locum habeant, tam in Ciuibus, quàm aliis Galesij habitantibus.

De Portis Claudendis rumore leuato. cap. 10.

STATVIMVS, etiam quòd Custodes Portarum Ciuitatis nostri, teneantur, & debeant, in continenti rumore leuato, de aliquo maleficio, vel exclamatione aliqua, portas Ciuitatis claudere, & neminem exire ꝑmittant, sub pęna scutorum quinq; vice qualibet, & alia maiori iudicantis arbitrio ꝑ qualitate facti, & personarum.

De Furibus, & Insidiatoribus stratarum. cap. 11.

STATVIMVS & Ordinamus, quòd si quis furtum commiserit, vsq; in quantitatem, seu valorem scutorum decem, puniatur in quadruplũ valoris, & ęstimationis rei furatæ, & emẽdet duplum furti rei Domino. Ab inde vero supra, vsq; ad scuta viginti si furtum commiserit, puniatur in scutis quinquaginta, & duplum Domino rei restituat, & si dictam pęnam soluere non potuerit, infra quindecim dies, à die latę sententię, fustigetur per totam Ciuitatem, & bulletur in fronte, ante Palatium Domini Potestatis coram populo. Ab inde vero supra, vsque ad quantitatem scutorum quatraginta, puniatur in scutis centum, & duplum reddat vt supra. Et si dictam pœnam soluere non potuerit fustigetur, & bulletur vt supra, & amputentur sibi auricule. Qui omnes supra dicti à viginti scutis vsq, ad quadraginta, vltra prædictas pęnas, exules de dicta Ciuitate & eius districtu sint per annum & vltra arbitrio Illustrissimi D. Insidiatores stratarum publicarum, & famosi Latrones, ac publici, suspẽdã-

X

tur per gulam ad furcas, ita quòd moriantur, & si capi non possint, exules fiant de dicta Ciuitate, & eius districtu, & in dicta pœna exbanniantur, & bona ipsorum confiscentur, & Camere Phisci applicentur detractis ære alieno, & dotib⁹ Vxorũ. Volumus insuper, quod omnes, & singuli ordinatores, fautores, & dãtes auxilium, vel fauorem, ac etiam sciẽtes, de emptores furtorum dimidia pœna puniantur, qua venit puniendus fur, & latro, Si Femina fuerit, si vero masculus eadem pœna, ac iuxta formam statuti de receptantibus bannitos puniatur, & qui non habet in ære, luat in corpore. Item volumus quòd si quis tria commiserit furta, simul ascendentia vsq; ad valorem viginti scutorum laqueo furcis suspendatur, adeo quòd penitus moriatur.

De pœna frangentium domos seu apotecas cap. 12.

STATVIMVS, & ordinamus, quòd quicunq, fregerit domum, vel apotecam, in qua vel quibus essent merces, vel supellectilia, bona, & res quecunq, incidat in pœnam quinquaginta scutorum, & si inde furatus fuerit, aut pœnam prædictam soluere non potuerit, puniatur nihilominus vltra secundum tenorem capituli de furto pro vt in eo latius continetur.

De Adulteriis, stupris, & raptu mulierum cap. 13.

MVLIEREM Nuptam, vel Viduam, bonę conditionis, & famæ, si quis violenter rapuerit, seu per vim carnaliter cognouerit, & contra eius voluntatem, pœnis legalibus puniatur. Qui vero violenter carnaliter cognouerit, aliquam mulierem non bonę famæ, contra ipsius voluntatem, soluat ꝑ pęna scuta viginti. Et si quis stuprum cum puero commiserit, pœnis legalibus subiciatur. Vxorẽ alterius qs retinens etiã volentem, contra voluntatem, mariti, causa libidinis, puniatur in scutis quinquaginta, & mulier perdat dotem suam, & uiro, seu filiis (si extant) applicetur ꝑ duabus partibus, & pro tertia Camere Illustrissimi Principis nostri. Et carnaliter cognoscens, & non retinens, puniatur uice qualibet in scutis viginti qnq;. Vxorem propriam dimittens, & retinens cõcubinam, in scutis viginti pnniatur. Et D. Potestas super his quæ tangunt mulieres bonæ famæ, procedere non possit, nisi per accusationem Mariti, Patris, Matris, Filij, & Fratris germani, & in aliis inquirere possit ex officio. Addentes tamen quòd si talis raptor, seu adulter, cum concordia partis offensę, maritaret, siue in suam Vxorem caperet, mulierem quam carnaliter cognouerit, seu violauerit, quòd à pœna prædicta corporali liberetur, mitius tamen puniatur arbitrio Iudicis, inspecta qualitate facti, & personarum, reseruata etiam in hoc dispositione Cõcilij Tridentini. Et nihilominus præstans auxilium, consilium, & fauorem, in prædictis casibus, incidat in eãdem pœnã, in qua principalis cõdemnãdus veniret. Et mulier ipsa delinquens, vt supra perdat dotem suam, & applicetur vt supra.

De Hereticis. cap. 14.

HERETICOS à vera fide catholica pertinaciter deiurantes, si personaliter haberi potuerint, pœnis legalibus volumus subiacere. Si vero personaliter haberi non potuerint, perpetuo exbanniantur, perpetuoq; sint infames, aliisq, ciuilis, & canonici iuris pœnis subiaceant.

De pœna deierantis, & Fabricantis falsum Instrumentum, aut aliam exercitij falsitatem. cap. 15.

SI Quis iurando de Calumnia, vel respondendo inquisitioni, seu accusæ maleficiorũ periuriũ cõmiserit, nullæ nisi iudicio Dei subiciatur pœna. Si quis vero periurium commiserit, super positionibus vel articulis per verbum credit, vel non credit & inquisitionibus, & accusis damnorum datorum, incidat in pœnam scutorum trium. Et si quis adhibendo falsum testimonium, vel aliter periurium commiserit, in pœnam scutorum quatraginta puniatur, & teneatur ad interesse illius contra quem periu-

HAYKOBA BIBLIOTEKA OHY imeni I. I. MECHNIKOBA

rauerit. Producens vero falsos Testes teneatur ad eandem pœnam, scutorum quatraginta, & causam perdat. Si quis falsum confecerit Instrumentum, vel facere fecerit, vel eo vsus fuerit, incidat in pœnam scutorũ centum. Quæ si non soluerit infra decem dies, à dic latę sentẽtiæ, amputetur sibi manus dextera. Si quis vero in sua arte falsum commiserit incidat in pœnam scutorum sex, sine aliqua diminutione dictæ pœnæ, si infra tempus vero octo dierum non soluerit, à die condemnationis duplum sibi accrescat

De pœna intrantium, uel exeuntium, aliunde quàm per Portas Ciuitatis. cap. 16.

SI Quis vero per rupes, & aliunde quàm per portas Ciuitatis adscẽdere ausus fuerit, vel descendere, seu subtus, vel supra portam intrare, uel exire, soluat vice qualibet, scuta decem de die, de nocte vero pœna duplicetur, & minor duodecim annis ad pœnam prædictam minime teneatur. Et curia possit per inquisitionem procedere. Et si aliquis miserit aliquas res, in serratura, vt non possit commodè aperiri, & claudi portã incidat in pœnam scutorum viginti, & si erit forensis soluat duplum, & prædicta procedant quando nulla fuerit suspitio, sed si tempore suspitionis, tam Ciuis quàm forensis exiens, vel adscẽdens, aliunde quam per portam Gallesij solitam, vel vt supra mittens aliquid in serratura, decapitetur, tradendo eum vltimo supplicio.

De Castigatione Famulorum. cap. 17.

FAMVLVM, vel Famulam, seruitorem, vel seruitricem, si quis grauiter castigauerit, aut verberauerit, ad pęnam nullatenus teneatur, & de hoc stetur sacramento accusati, vel inquisiti, nisi verberatus voluerit contrarium probare, quo casu admittatur. Et prædicta nõ habeant locum quin verberatio sit legitima causa famulis à Domino discedendi.

De insultis

De Insultis factis per forenses contra Conciues cap. 18.

STATVIMVS, volumus, & mandamus, quòd si aliqui Forenses fecerint insultum, vel aliquo modo iniuriassent Conciues Gallesij in personam, vel in bonis, possint ipsi conciues impune offendere dictos forenses, ipsos iniuriantes (seruata tamen moderatione inculpate tutelę) & dummodo non exequatur mors.

De Fideiubsionibus dandis, & de pęna frangentium pacem vel treguam. cap. 19.

STATVIMVS, & ordinamus, quòd D. Potestas Ciuitatis Gallesij si fuerit per aliquem commissum aliquod maleficium, contra quemcunq; teneatur, & debeat (vinculo iuramenti) cogere partes rixantes ad dandum fideiubsionem, & faciendum treguam, de non offendendo inuicẽ vsq; in tertium gradum, secundum ius canonicum computandum, & imponere pœnam in ipsis fideiubsionibus iuxta arbitrium, & discretionem ipsius D. Potestatis. Et similiter volumus quod ad requisitionem cuiuslibet petentis, cogat quemlibet ad sibi dandum fideiubsionem, de non offendendo, & fideiubsores sint idonei, & approbati per procuratorem Phiscalem. Quæ fideiubsiones durent, & durare debeant per totum officium præture D. Potestatis, & per menses tres vltra, & si ipse D. Potestas fuerit negligens in faciendo dictas fideiubsiones præstare, incidat in pœnam vice qualibet scutorum vigintiquinq; de eius prouisione, & ad sindicatum retinendorum. Volumus insuper quòd si aliquis aliquam fideiubsionem de non offendendo, vel treguam, seu pacem fregerit, dando percussionem cum armis, bastone, vel lapide, seu manu vacua, vel alias offendendo, teneatur soluere pœnam contentam in fideiubsione, tregua, vel pace, vltra pœnam statuti p delicto, sine aliqua diminntiona & nouus Potestas teneatur facere renouare in principio sui officij omnes fideiubsiones de non offendendo, seu treguas tempore sui prædecessoris præstitas, & factas, sub iam dicta pœna, & nihilominus donec renouentur authoritate præsentis statuti, renouatæ, & in suo robore permanere intelligantur.

HAYKOBA BIBLIOTEKA OHY imeni I. I. MECHNIKOBA

De pœna frangentium carceres, & officialibus permittentibus aufugere carceratos. cap. 20.

STATVIMVS, Quòd si quis fuerit per Curiã carceratus, ꝑ aliqua pecuniarum quantitate, sub claue, & carceres fregerit, vel hostiũ carceris soluat ꝑ pœna scuta sex, & si talia facere tentauerit, licet non fecerit, soluat ꝑ pœna scutum vnum, & si detinebatur ex causa maleficij, habeatur ꝑ confesso, & de delicto conuicto, propter quod carceratus fuit, & vlterius dictis pœnis puniatur, & in prædictis casibus pœna augeri possit arbitrio Illustrissimi Domini iuxta circunstantias, & qualitates delicti, & personarum. Et si aliquis carceratus ꝑ pœna corporali, vel corporis afflictiua, aufugerit, culpa, & defectu officialis, ipse officialis teneatur substinere illã met pœnã, qua plecti teneteẽ aufugiens. Et similiter dicimus, si carceratus aufugiens esset detemptus ꝑ debito ciuili.

De pœna excudentium, fabricantium, & tondentium falsam monetam. cap. 21.

STATVIMVS, & ordinamus, quòd si aliquis falsam monetam excusserit, soluat ꝑ pœna scuta ducenta, & si dictam pœnam infra decem dies non soluerit, à die condemnationis, amputetur sibi caput, ita & taliter, quod à corpore separetur, & si monetam falsam exposuerit, & expendiderit, à baiocchis quinq; vsq; in decem, soluat scutum vnum, & ab inde supra pęna augeatur ꝑ qualitate delicti, & personarum arbitrio iudicantis. Et si monetam auream, vel argenteam totonderit, soluat pro pęna scuta centum: Quam pœnam si non soluerit in termino sibi dato, amputetur sibi manus dextera ita & taliter, quòd à corpore separetur. Et si aliquis monetam falsam emerit, & eam exposuerit, soluat ꝑ pœna scuta centum, & si dictam pœnam non soluerit infra tempus sibi in sententia assignatum, amputetur sibi vt supra manus dextera, & à Ciuitate Gallesij in banno ponatur.

De pœna mittentium ignem in bonis alienis. cap. 22.

STATVIMVS, Quòd si aliquis appensate, & malo animo miserit ignem, & combuxerit, domum, griptam, & Capannam alterius intus ciuitatem Gallesij, soluat ꝑ pœna talis ignem mittens scuta ducenta, & si dictam pœnam non soluerit infra decem dies, à die condemnationis, & in manibus Curiæ peruenerit, suspendatur, & comburatur, ita quod moriatur. Et si in domo gripta, & Capanna, extra ciuitatem, in teritorio seu districtu tamen existente soluat scuta sexaginta, & si soluere non potuerit, vt supra amputetur sibi manus. Si vero in aliis rebus seu bonis, sicuti Bladis, Canapis, Canapinibus, Linis, Cupellariis ue, soluat pro pœna scuta triginta, & si in dicto tempore non soluerit, amputetur sibi pes, ita quòd à corpore separetur, nec non si miserit ignem modo prædicto, & combuxerit Paleam, Fenum, & Ligna vltra decem salmas, soluat ꝑ pœna scuta quatuor, & in quolibet casuum prædictorum, patienti damnum emendet, & à decem salmis infra, soluat duplum pro pœna quantũ de emenda.

De pœna receptantium banditos, & res furatas. cap. 23.

VOLVMVS & hac lege sancimus, quòd si quis receptauerit exbannitos vel sibi dederit consilium, & fauorẽ, soluat illã met pęnam quam exbannitus soluere tenetur, dummodo fuerit pœna pecuniaria, vsq; ad summam scutorum viginti. Et si pœna fuerit capitalis scuta quinquaginta, si vero corporis afflictiua, vel pecuniaria, vltra scuta viginti, soluat pro pœna scuta vigintiquinq, & plus & minus arbitrio Illustrissimi D. inspecta qualitate personarum & delicti. Volumus ẽt quòd receptans scienter res furatas, soluat eandẽ pęnã in quam furãs incursus fuerit. Et si potuerit per curiam capi carceretur, & nunqàm de Carceribus relaxetur, donec soluat sine processus fabricatione, & si quis receptauerit exbannitum pro debito ciuili, soluat pro pęna scutum vnum.

HAYKOBA BIБЛIOTEKA OHY imeni I. I. MECHNIKOBA

De pœna amouentium Terminos. cap. 24.

STATVIMVS & ordinamus quòd si aliquis, terminos aliquos effoderit, & de suo proprio loco separauerit, vel modo aliquo permutauerit incidat in pœnam scutorum viginti quinq; pro quolibet termino, & vice qualibet de facto soluendorum sine aliquo processu, & teneat suis sumptibus, ipsos terminos reponere facere, unde eos permutauit, per Viarios Communis.

De pœna vastantium Mœnia, & portas Ciuitatis Gallesij, & bona Magnificę Communitatis occupantium capitulum. 25.

SI Quis deuastauerit mœnia Ciuitatis Gallesij, vel portas ipsius effoderit, circum circa Ciuitatem Gallesij per quod cauatum poterit adscēde- & descendere, soluat ꝓ pœna scuta viginti quinq; in tempore pacis, & si fuerit in tempore suspitionis, siue guerrę, decapitetur, & caput à spatulis seperetur. Et si aliquis extra Ciuitatem Gallesij in nostro Territorio deuastauerit pontem, vel murum publicum, de quocunq; loco, soluat vice qualibet ꝓ pœna scuta decem, & satisfaciat res deuastatas. Volumus autem quod si aliquis bona Communitatis Gallesij stabilia occupauerit, incidat in pœnam scutorum sex, & rem occupatam relaxet cum fructibus indebite perceptis, & contra occupantes sufficiant probationes de publica voce, & fama, talia bona fore Communitatis, & si res mobiles, & libros dictæ Communitatis aliquis fraudasset, soluat dictam pœnam, & si tunc temporis erit officialis Communis, vltra dictam pœnam de eius officio priuetur, & nunquàm in officio Communis admittatur, & si aliquis talem fraudantem elegerit, vel nominauerit, soluat ꝓ pœna scuta quinq; & nihilominus in officio non admittatur. Si quis vero occupauerit publicam rem, vel locum, incidat in pęnam scutorum triginta, & restituat rem vel locum, ad publicum vsum.

De pœna

De pęna officialium cap. 26.

STATVIMVS Quòd si D. Potestas nostræ Ciuitatis Gallesij, siue eius officiales. & ipsius familia, fecerit aliquod excessum, & maleficium commiserit, contra aliquem, vel blasphemauerit, puniatur quilibet ipsorum vice qualibet, pœna duplicata in qua tenentur alij, & si dictus D. Potestas & officiales dixerint, vel fecerint iniuriam in personas DD. Priorum, aliorum ue officialium dictæ nostræ Communitatis, soluat quilibet ꝓ quolibet iniuriato, pœnam quadruplicatam, ac si iniuriasset aliquos alios. Et si aliquis ex DD. Prioribus aliquem iniuriauerit, vel delictum commiserit, durante eius officio, contra eum duplicetur pœna, & si contra D. Potestatem, quadruplicetur, contra quem durante eius officio procedi non possit, sed post consumatum officium, nisi fuerit pœna corporalis, vel pecuniaria à quinquaginta scutis supra, & tunc de ordine & cōmissione Illustrissimi Domini procedatur.

De pœna corumpentium Curiam simonia. cap. 27.

STATVIMVS, & ordinamus quòd si quis tam de Ciuitate nostra Gallesij, quàm etiam forensis, fecerit aliquam simoniam cum D. Potestate, curia, vel aliis officialibus Cōmunitatis Gallesij, de quacunq; re, vel quantitate soluat quilibet faciens simoniam ꝓ pęna vice qualibet scuta quinq;, & si aliquam simoniam facere tentauerit, licet non fecerit, pro tali actu intentato soluat nomine pęnæ scuta duo, & habeatur ꝓ cōfesso, & conuicto in causa criminali. In ciuilib° vero vltra dictas pęnas, cadat à iuribus suis. Et si D. Potestas vel alius eius officialis simoniam fecerit, soluat dictam pęnam, & statim priuetur de dicto suo officio, & nūquàm in hac nostra ciuitate Gallesij possit esse officialis. Et si in dicta simonia facienda fuerit cōmissa aliqua falsitas, de quibus in capitulo de falsis, puniatur ꝓut in dicto capitulo de falsis.

HAYKOBA ЕЛЕКТРОНА БИБЛИОТЕКА

Quod Pater teneatur pro legitima Filij. cap. 8.

STATVIMVS, & ordinamus, quòd si quis habens patrem, commiserit aliquod maleficium, Pater teneatur ꝓ pęna filij soluere pœnã vsq; ad legitima, & non vltra, maxima cum discretione, & misericordia.

De pœna portantium Arma per ciuitatem Gallesij. cap. 29.

